



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900





Th. 2539.

Fragmentary handwritten text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is mostly illegible due to fading and the texture of the aged paper.

Dono tibi parvam
charissimam
semper libellam
vidensij memos, ou, m

2K, 3.





S
L

Qu

IA

(ib)

Sur

RES à
S. IGNATIO
LOIOLA SOCIE-
TATIS IESV PA-
RENTE GESTÆ.

*Quas è PETRI RIBADINEIRÆ
compendio litteris Hispanis
vulgato,*

IACOBVS BIDERMANVS
SOCIETATIS IESV
latinè conscripsit.

EDITIO QVARTA.

*Auctori postremum recognita.
Liber Collegij Societatis Iesu Paderb. N.º 1623*



COLONIAE,
Sumptib. Bernardi Gualteri.
ANNO M.DC.XXII.

❁❁❁❁❁❁❁❁❁❁
MAGDALENÆ
SERENISSIMÆ
PRINCIPI, COM.
PALAT. RHENI.
BOIORVM DVCI,

IACOBVS BIDERMANVS
Societatis IESV.

NONDVM partus hic mi-
hi libellus erat, SERE-
NISSIMA PRINC.
cū cœpit iam ad te spectare; à
cuius eruditâ manu TOLLE-
RETUR. Argumentum illi S.
IGNATIVS est; cuius te qui-
dem mirificè studiosam saepe vi-
dimus: & calamus Romanus est;
quo te apprimè accepimus dele-
ctari. Accedit, quod pridem ea
A 2 in te

DEDICATIO.

*in te omnium virtutum orna-
menta miramur, quæ vel singula
passent PRINCIPES ANI-
MOS implere. Præter Gentis
Serenissimæ lucem; præterq̃ in-
dolem æternitatis capacem; mi-
rificum tibi sidus est, PIETAS,
qua te vna virtute, nisi tot aliæ
certarent, illustrares. Hanc quia
cum honestissimo litterarum stu-
dio coniunxisti, gloriabuntur, in
vna se Virgine, suam & Musæ
PALLADEM, & Boica HY-
PATIAM recepisse; vtraq̃ illa
meliores. Viuat hoc æui nostri
decus; & in serenissimæ Virginis
clientelâ, hic partus. Monachij
prid. Non. Aug. CIO. IO. C. XII.*

RES

RES à S. IGNATIO
GESTÆ.

VITA.



IGNATIUS, quem I
primū familiæ pa-
rētum habuimus,
natale solum His-
pania est; quā mō-
tibus ferme Pyre-
næis clauditur. Indigenæ Gui-
puzcoam; prisca Cantabros dixere.
2 Id loci nascitur IGNATIVS
sub annum Christianum CIO. CD.
xci: quo tempore Innocentius
Romani nominis Pontifex octa-
uus, & Fridericus Imperator ter-
tius, rerum potiebātur. 3 Parētes
habuit, de principe vtrumque fa-
miliā: Patrem Bertramum, vi-

A 3

FUM

rum illustrem, Ognis & Loiolæ
 Toparcham. Mater fuit Marina
 Sone; domo Baldensis; claro ge-
 nere nomineque fœmina; nec
 ullis virtutum insignibus marito
 impar. 4 Emicabat in puero exi-
 mia quædam iam tum indoles;
 animique & ingenij vis magna:
 si inter bonas artes adolesceret.
 5 Sed vix morari parentes, dum
 infantiam exiret; cum præpro-
 pera spe ad Ferdinandi Catholi-
 ci regiam dimittunt: inter æ-
 quales liberaliter educandum.
 6 Hic omnib. aulæ disciplinis in-
 stitutus, breui docuit, nihil se
 mediæ fortunæ passurum: capiti-
 que, vt primùm vires erant, ar-
 dua velle; gloriam è claris faci-
 noribus petere; inter primas cu-
 ras Militiam habere: eo que assi-
 duis equitum velitationibus af-
 fuescere. Qua exercitatione, vel
 idcirco præstare se alijs cupiebat,

vt

ut vulgò nosci, & quondam inter heroes memorari posset. Verum iuueni ad ingentia nitenti, materies laudis, quæ adhuc defuerat, haud multò post, vberim suppeditauit.

7 Nam ANNO CHRISTI CIO IO. XXI. vbi percrebuit, Gallos in armis esse, arcemque Pompelone iam obsidionibus premere; quam operibus olim machinisque verberaturi putabantur: IGNATIVS eius tuendæ negotium accepit. 8 Vbi ceteris rei difficultate perterritis, & quòd auxilia nusquam sperabant, de præsidio deducendo paciscentibus; solus nimirum intercessit: mutatoque omnes consilio, ad mortem appetendam prius, quàm flagitium consciscerent, induxit. Ità decus retentæ tunc munitionis, penes IGNATIVM fuit. Sed per illos for-

tè dies pertinaciùs Galli agere, & ferro telorum imbre in arcem effuso, maioriq̃ue ballistâ institerunt præsidium quater: quo tandem impetu, muri labantis fragmen conuellitur. 9 Ea moles **IGNATIO** propter assistenti, & egregiè dimicanti, in leuam crus incubuit: quæ vt tibiam modicè læsit, ita globus ipse in dexteram illatus, eam verò miserrimè habitam vltimè affecit. Collabatur proinde **IGNATIVS**. Hunc vt afflictû videre ceteri; animo quisq; confestim deficiuntur: ac, prostrato vno, omnes nullâ morâ sese arcemq; hosti dedunt. 10 Loco in potestatem adducto, **IGNATIVM** Galli, præ, quàm ab hoste speres, clementer acceptum, in sua primum contubernia deferunt: tum interim cognito viri genere, impensè laborant, vt ægritudine leuetur: demum succollan-

collantibus humeris in patriam reportant; obsequio vel in fratribus memorando.

II Ibi cum per diu in morbo cubaret, re ad summum vitæ discrimen adductâ, insperato propitium habuit Numen. Ipso enim Apostolorum principum per uigilio, beatus ad illum Petrus aspectabili ore inuisit: ac veluti medicâ manu ægritudinem detersisset, fugientem iam è corpore animam retinere, morbiq; crescentis pertinaciam flectere incepit. Coluerat quippe hunc IGNATIVS principe studio; tutelamq; adoptârat. 12 Nec diutius factum, & ab eo dein aspectu cõualefcit. Ceterum quâ erat elegantia Iuuenis, ubi aduertit clauum infra genu, malè coaliti ossis vestigium, eminere; eamq; rem impediendo ocrearum decori esse: nihil cunctatus iussit,

quidquid eius emineret, ad viuum refecari. Inter quos ille cruciatus ita duravit, vt, nobilitate Spartana, ne gemitum quidē ederet, aut oris hilaritatē colore mutaret. 13 Sed necesse tamē habuit, donec rediuiuum vulnus in alteram cicatricē coiret, lectulo hærere. Ibi, fallendi temporis, libellos institit petere, quorum lectitatione pridem insueffet: eos arbitratus, qui Equestria, & hoc genus profana ludicra commentis facerent. Verum opportunè factum, vt, quum id tēporis ea fabularum mendacia domi nusquā essent, horum vicem duo melioris argumenti codices ægro ferrentur. Altero vita resq; à Christo domino gestæ; altero ab cælitibus reliquis facta facinora perscribentur. 14 Hos ille versare primū otiosus aggreditur: post ea lectio in voluptatem vertit; cæditq; animus

nimus

nimus affici paulatim ac delectari: demū consilium capit, olim, quæ legisset, imitari. 15 Enimvero hic se ipse aduersarium habere: multa, quib. cæptū desisteret, occurrere: iam inolita per vitæ licentiam consuetudo; iam eius, quod porro moliebatur, difficultas; & mille talia sollicitabāt. Sed nimirum cælestia præpotuere: & breui aduersus illam cogitationū intemperiem debellatum est. 16 Accidit fortè vt noctu, quòd ita iam eius consuetudo ferebat, cubitu surgeret: & in genua deiectus, preces Deiparæ VIRGINI litaret, cuius tum icona coram spectabat. Hic ingentis desiderij plenus, Virginem Virginisque filium adoritur, id vnum adnixus, vt apud eum ducem sacramento dicere liceret. Quippe mortalia prorsus abdicare, vniq; illi auctoratus æternum mancipari

pariam cupiebat. Habuere momentum ex preces. Continuo ædes claris fragoribus exsonare; & cubiculum aded cæpit impatienter tremere, vt vitrea quædam fenestra se ruperit. At loci tremoris fuit, nō IGNATHI: quem erectiorem cetera, hic etiam nūc metus angebat; quî pudicitiam de reliquo ab insidijs tueretur?

17 Talibus curis anxiū nō destituere oculi cælestes: & magna Virginum Regina pro IGNATIO in hanc formidinem pugnatuura prodijt; cū vigilati illi se suum que in complexu filium conspicuos dedit. Quo repente spectaculo mutatus, in promptu habuit, omnem dein' voluptatem constanter repudiare: atq; ab eodie, donec vixit, integritatem absque næuo traducere.

18 Iam illac-tenus exarserat, vt non contentus paruo, rationes iniret,

iniret, vbi tandem locorum, atque inter quos degere, consultiſſimum foret? certus aſſiduis corpus ſupplicijs conficere; & numini præter ceteros egregiè ſeruitutem ſeruire. Diu deliberatum eſt: cùm ille, quò iret, nondum inuento; reperit, vnde abiret. Ante omnia, placuit patriâ excedere, ætatemque reliquam ab neceſſarijs procul habere. Quare conſtituit profectio- ni diem.

19 Potuit ea res ſuboluiſſe aliquibus: certè fratrem natu maiorem aduertit; qui turbare conſilium aliquamdiu conatus minus nihilo profecit. Nec porro, vt decretum **IGNATIO** vidit, intercedere auſus; duobus famulis comitatum, ab ſe dimittit. Hic ille Ducem Naiaræum, quem viſeret, cauſtatus; ad montem **SERRATVM** intendit; celebri
famâ

fama locum, & religione insignem. 20 Haud longè prouectus, seruitijs duobus se abdicat; cùm priùs rerum, quas de veteri fortuna sibi reliquas fecerat, partem ijs erogasset. 21 Inde solus esse; atque toto itinere nullã ad eò noctem agere, qua in se ipse flagris non animaduerneret. Idque iam tum salubriter instituit, quod postmodò suis æternum esset; Omnia, quæque facere, quæque ferre contingeret, ea in vnius Numinis MAIOREM GLORIAM reducere. Interim dum pergit secum assiduè reputare, quibus eximijs studijs Numen sibi demeretur; subit, vota suscipere; & suam corporis animique castitatem CHRISTO ac virgini MATRI consecrare. Quod decretum felici postmodùm æternaq; constantia signauit. 23 Igitur vt proximè eum montem, de quo de-

mon-

monstrauimus, abfuit; vestimentum alicunde sibi coemit, nouè ruditerque factum; quò pristinum corporis ornatum emutaret. Id erat omne, talaris pro tunica faccus; spartei pedum calcei; tum in baltheum funis, & haustrum de veteri cucurbitâ: paupertina supellex, ac profectio, quam in Palæstinam moliebatur, destinata.

24 Vix etiamdū illo in monte constiterat; cū inter primas ad eò curas quærendo cæpit de medico circūspicere; cui omnes animi sui plagas nudaret; quemque super serijs rebus consulere tutò posset. Et vsu fortè venit, vt in Ioannem Clanonem incidere, patria Gallum, virum religione ac cetera virtute singularem. Apud quem tridui spatio omnem priorē vitā, inter gemit⁹, veri doloris

loris testes, pensiculatè recogno-
 uit. Eùmque ille, ad id locorum,
 primum atq; vnicum habuit, cui
 cõsilia sua detecta vellet. 25 Effe-
 ctis deinde ijs, quæ oportuit, ac
 propediem discessurus, donum
 cœnobio Equum relinquit: in tẽ-
 plo telum ac pugionem, emeritæ
 militiæ symbola, ante VIRGINIS
 aram suspendit dedicatq; alijs de
 hinc armis vsurus. Põst appetente
 noctis crepusculo, remotis arbi-
 tris abit, & vilem per cõpita men-
 diculum quærit; reperto, quid fi-
 eri velit, ostēdit. 26 Ac mox suis se
 vestimentis exuit; omniaque ad
 ipsam interulam homuncioni at-
 tonito relinquit. Illorum vicem,
 pingui lacernâ, quam hanc in rē
 nuper coëmerat, ante diem VIII.
 Kalendas Apriles induitur. 27 Ea
 metamorphosi mirè quàm lætus,
 illicò ad templum festinat recur-
 rere, atq; totam illam noctem pro
 arâ

arâ VIRGINIS excubare; in mo-
rem veterem, peruigilio initian-
dus. Ibi iam pedibus insistere; iam
genibus niti; & magnis affiduè la-
crimarum imbribus sese VIRGINI
commendare. Ne quâ verò agno-
scatur, summâ luce maturat pro-
ficisci. 28 Oppidū est in Illergeti-
bus Manrela, aliquot passuū mil-
lia à mōte locus; auius ijs qui Bar-
cinonem petant: illuc ire instituit
IGNATIUS; inundatus lætitijs &
eo habitu, de quo suprâ docuim⁹:
mendicantis fortunę tunicâ & fu-
ne cinctus & baculo armatus: ca-
put, alterumq; pedē nudus. Nam
alterum, quòd à recenti vulnere
vexat⁹ interim intumesceret, pla-
cuit indulgenter aliquam diu ha-
bere. 29 Itâ profectū, haud multò
post, citato gradu cursor assequi-
tur: atque ab eo sollicitè, suas ne
vestes ipse homini cuidam sordi-
do donarit, scitatur: eū, quòd ab-

B

iectis

iectis centonibus repente nitere
 cæperit, neque plebeius animus
 in purpurâ se agnoscat, Magi-
 stratui suspicionem auxisse; ac
 furtiam reum, in vinculis attine-
 ri. 30 Illacrimavit copiosè IGNA-
 TIVS; sese multis incusans: & ho-
 minem utique infelicem ratus,
 cuius etiam beneficia forent a-
 lijs damnosa ad extremum, quò
 innocentiam absoluat, donum
 confitetur. Quis verò & cuius-
 tis esset aut unde locorum profi-
 cisceretur, rogatus; nullo se un-
 quam indicio prodidit. Satis ni-
 mirum habuit, si, defenso altero,
 gloriam falleret; sui que contem-
 tu mortalia triumpharet.

31 Manresam ut peruentum est,
 primum IGNATIO fuit, ad ædes
 hospitales divertere; eas, quibus
 tutela præest S. Lucia. Ponenda
 hîc rerum meliorum incunabu-
 la fuere; & nempe animus inter
 ple-

ple
 32
 qu
 tis
 rar
 reli
 diu
 con
 cur
 inst
 cor
 den
 vno
 mus
 imp
 vng
 catu
 deir
 capo
 lacri
 gistr
 sept
 ter p
 iuge

ple-

re plebeiam egestatem experiendus.
is 32 At incredibile memoratu est,
gi- quã sese afflictere id loci, & quan-
ac- tis corpus rigoribus frãgere labo-
re- rarit! earum maximè voluptatum
A- reliquias persecutus, ad quas aui-
o- dius olim adhãssisset. Vetus illi
is, consuetudo fuerat, capillamentũ
a- curiosius struere; comamq; velut
uò in statione disponere; reliquo itẽ
am corporis cultu vsq; in vitium gau-
ia- dere. 33 Illam tunc, vt elegantiam
ofi- vindicaret, detecto, quòd dixi-
vn- mus, capite, crinib. turbidis atq;
ni- impexis horrere; ob barbitiũ atq;
ero, vngues prolixè deformes, despi-
em- catui esse ceteris cõcupiebat. Tũ
est, deinde lectulũ somnumq; humi
des capere; noctem pleramq; vigilijs
bus lacrimisq; vincere. 34 Adhęc pla-
nda gister quotidie corpus incessere;
bu- septemque ipsas horas flexus in-
nter ter preces ducere: Perinde quasi
ple- iugem corpori iniuriam facere,

id demum foret, animi imperio
 uti. Per dies præterea singulos, si-
 ue diuina fierent, siue vespertinis
 vltimisque precibus opera dare-
 tur, adesse cum egregia quadam
 voluptate perseuerabat. Scilicet
 animus iam illi ad cælestia capiē-
 da facilis cereusque erat, & quem
 sacra odaria miris illecebris per-
 cellerent.³⁵ Victus lautitias que-
 ritabat, modici panis crustulum,
 pro stipe repertum; quod interdum
 haud sæpius semel cum fontana
 capiebat. Idque eiuscemodi ieiunium
 censuit die solum Domini-
 co temperandum; quo confiteri
 de noxijs, & epulo frui Eucharisti-
 co insuerat. Per hæc tam pertina-
 cis cæpti studia, breui ita se mace-
 rauit, ut iuueni nuper robustissi-
 mo, formam crederes omnem gra-
 tiamque defluxisse; neque vires, nisi
 animæ retinendæ necessarias su-
 peresse.³⁶ Cæterum, ut corporis il-
 luma

lum asperitas attenuarit; curę animum grauiore*s* in*sedere*: quas in*gentes* atq; in*tempestiuas*, de nihilo metus sufficiebat. Tamen si enim pridem nihil ille pensius habuit, quàm vltimam vsque pueritiam confessione lustrare; immodicis tamen etiamnum angoribus carpebatur: neq; vlla aut precanti quies se ostendere; aut per ieiunia cæterumque rigorem, turbulencia mētis potuit componi. Eo cogitationum æstu, velut longi doloris impotentia collisus, in terrā incūbebat; nihil vsquā reliqui videns, quā porro euaderet. 37 Tandem cibum omnē porumque decreuit obstinatē reiicere, quā citra periculum posset; donec sua mēti malacia redderetur. Septem ad eō dies ea tenuit inedia; vt nihil interim, neque cœptæ consuetudinis in corpore vexando remitteret; neque viribus tamen plus solito

deficeretur. Insolentiam facti rescivit denique Sacerdos, cui vni arcana credere sua solebat. Is, ne in consilio perseueraret, mandauit. IGNATIVS non insuper habendum illius imperium ratus, paruit monenti. 38 At obsequelam tanta continuo tranquillitas excepit: quæ eximendis olim plurimorum turbelis mirificè valeret. Neq; temere postea fuit hoc morbo tam impeditus aliquis tamq; obsessus, quin illo absolueretur, vt primum IGNATIVM consulisset. 39 Et successere mox cõpluria quædã potioris rei dona, atq; osteta cælestia, quorum aliqua post memorabũtur: Vt planè subierit, illud Vatis dicere: *Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ latificauerunt animam meã.* 40 Memorabile in primis habetur, quod, qui rebus fluxis ad id locorum impẽ-

sè de-

sè deditus, ac militiæ quàm litteraturæ scientior fuisset, (nam huius, præter rudimenta, nihil attigerat) tanta rerum cælestium scientia pollere cæperit, quantam, nisi de cælo haustâ, nemo crederet. 41 Per eos dies aggressus est libellum asceticum (quem EXERCITIORVM dicimus) lucubrare, arcanae sapientiæ feracē: & cui omnis ordinis mortales multi suum profectû in acceptis tulere: neq; adeò, si suis momentis æstimeretur, eum à tirone scribi potuisse credas. Librum Paulus postea III. graui examine recognitum, pro auctoritate sua probû censuit, ratumque esse iussit: ac rescripto in annum CIO. IO. XL. IIX. diplomate, omnes ad eundem sedulò vtendum inuitauit.

42 Ceterùm IGNATIVS, qui in hunc ferè modum vires opesque corporis attriuerat; tot no-

uissimè pugnis confectus, nō potuit, quin vltimi morbi pericula arcesseret. In quibus morbi iniurijs compertum est, quantum virtuti etiam externæ vbiuis deferretur. 43 Quoad enim decubuit, publico sunt sumptu omnia prolixè suppeditata: simul & priuata eorū studia exarserunt, qui, viri moribus permoti, suis pro se quisque in illum obsequijs certarent. Visuntur eius rei hodieque præclara inibi vestigia; & supra sexagesimum abhinc annum, recentia incolis putātur: qui ad ædem S. Luciae, vbi suum & pauperes hospitium, & IGNATIVS sanctioris vitæ rudimentum habuere, prouisunt, venerabundi & hospitis olim sui patrocinio læti. 44 Ac ne quæ locus obsolescat, pila ibi lapidea spectatur, rei veteris elogio inscripta. Quod mihi visum, latinis hic litteris exscribere; Eius sententia ex Italico hæc efficitur. *IGNA-*

IGNATIO LOIOLÆ.

Bertrami F. Cantabro: Societatis

I E S V conditori;

Quem annos XXX. natum ac pro
patriâ fortiter facientem, Bel-
lum grauibus modo plagis afflixit;
modo propitia Salus erexit: Qui de-
inde Castitatis tuenda ac Palestina
visenda cupidus, & armis dedicatis,
saccum talarem, vestemq; cilicinam
indutus: cœpit hic, rerum omnium
inops, precibus, ieiunijs, lacrimis mi-
litiâ, vitâq; prioris licetiam dam-
nare:

Hoc marmor, ob egregia eius in or-
bem merita: obq; Sanctitatem
viri singularem.

P. C.

Ioannes Baptista Cardona Valentis-
nus, Vichi Episcopus, & Tor-
toſæ Electus.

Ab ea, quam diximus, ægritudi-
ne nondû planè se I GNATIVS col-

B s lege

legerat: cū institit reputare apud
 animum suum, qui in consuetu-
 dinem rediret: pergeretque in
 corpore exercendo rursus pericu-
 la vilia habere. 45 Sed ingentibus
 animis nimirum vires obnuncia-
 bant. Nam cōtinuò eadem inua-
 litudine secundū tertiumque pes-
 fundatus, atque à stomachi præ-
 fertim iniurijs miserè impeditus:
 cedere demum insultanti fortunæ
 cogitur. Et quòd dudum monuê-
 re amici, vt mitius in corpus suum
 ipse consuleret: exoratus, se in eo-
 rum auctoritate futurum osten-
 dit. Ita corpori regendo, ac defen-
 dendis frigoribus, duplices, rudi
 opere, & colore Veneto, tunicas
 admisit: Indidem & cucullū, ca-
 piti vile tegmen, recepit. Dubitaf-
 ses, vestimento se ille, an ludibrio
 induisset.

Proximè anuum in eo iam op-
 pido **IGNATIUS** substiterat: cū
 inte-

interea loci opportunum credi-
 dit, si desiderium Palæstinæ, quo
 se ardere sentiebat, persequeretur.
 46 Re deliberata, excedit Manre-
 sa & Barcinonē solus proficiscitur:
 comites, qui se multi obtulerant,
 sibi diuina cogitabundo, neque
 in humana ope nitenti, haud ma-
 gnopere necessarios ratus. Simul
 eò peruenerat, vrbis templum in-
 greditur: ibi dum verba ad popu-
 lum fiunt, inter puerorum statio-
 nē, sub arę gradibus adsidet. 47 A-
 derat cōmodum & primi nominis
 fæmina, Isabella Rosella; ea homi-
 nem peregrinum non vtique eum
 esse, quem se ferret, suspicata, info-
 litò mouebatur. Nam, quod mul-
 tò post ipsa mihi commemorauit,
 IGNATHI sensit ora tunc radiare:
 seq, intimè percelli, ac velut vocē
 humana occultiorē accipere, qua
 eū accire iuberetur. 47 Obsecuta
maiori mulier imperio, curat sub
dimis-

dimissam cōcionem inuitari, suo-
 que hominem prandio adhiberi;
 quòd eam rem sibi volēti esse ma-
 ritus ostēderat. Ibi contendit op-
 portunè tanta vi de rebus diuinio-
 ribus, deq; celestium amore disse-
 rere **IGNATIVS**, vt inter modestiā
 eius ardoremque ad omnia dicē-
 tis verba vehementer obstupesce-
 rent. Hæc eadem Isabella, quòd
 cum Nauarcho conuenisse iam
 cōpererat, vt profecturus hospes
 lembulum ingrederetur, magno-
 pere dissuasit; tanquā futuri certa.
 49 Quippe is phaselus breui post
 in portu, inque ciuium ore, flucti-
 bus haustus, interiit; tracturus in
 cladem vtique & **IGNATIVM**, nisi
 conuentē morti fœmina interces-
 sisset. At ille grandiori nauigio ve-
 ctus, secunda tempestate quinto
 post die, quā Barcinone soluerat,
 Caietam appellitur. Inde Romam
 magnis itinerum difficultatibus
 con-

contendit. 50 Vfus enim venerat, vt sub illū fortè annum, qui ad fequimillesimum tertius & vigesimus numerabatur, Italiam pestilentia passim laceraret, sineque omnes arctis custodijs seruarentur. Quibus proinde rebus fiebat, ne qua oppidis receptus, curare corpus aliquando, aut stipem rogare posset: sed ibi demum famelicus, ac fatigatus cubile caperet, vbi deficientem nox oppressisset.

51 Tenuit ægrè tandē propositum; Romamque perlatus, piè ad summa vrbis templa supplicare, & sacra deuenerari religiosè studuit. Post etiam impertitis ab Adriano VI. precibus, cū dies non plus quindecim in vrbe remansisset, maturauit proficisci. Etsi verò fuere multi, quibus consultum non videbatur, vt id temporis homo omnium rerum iuxta ac virium egens, cum fortuna tam

mali-

maligna maritimam expeditionem moliretur: abstinere tamen haud potuit, quin perseveraret. Ita abire obstinato, circiter octo numos aureos amici in naulum obtulere. §2 Quibus ille, ceu temerè acceptis, mox sollicitari animum persentit: & arbitratus haud decere, ut quæ sita paupertas peculium haberet, eosdem occurrentibus in via mendiculis dispertit. Exinde cupidus ultimum rursum experiri, Venetias petit. In quo itinere nullis plerumque testis acceptus, sub dio decubare: adhæc obuij hominem ignotum, palloreque exanguem ac macie deformatum pro spectro fugere: & mortis simulacrum auersati, nusquam in comitatum admittere. Verùm ab humana consuetudine exclusum, non etiam cælestia deseruere. §3 Iam à fossa Claudia Patauium ibat, cum in aperto
quo

quodam planoq; equore, sociū se illi Christus addidit, suiq; spectaculo suauissimè delibutū, ad plura posthac toleranda erexit. Ille lætitijs omnib. perfusus, Patauiū venit: aditu, quod in ea locorum custodia vix credas, nusquā impedito. 54 Venetias inde mouit, vbi Caroli Cæsaris legatum reperit: ciuem quidem suum, & à se vtiq; non alienum: eum tamen sibi appellandum non putauit, ne quem ab homine fauorem nūdinari videretur, diuino contentus. In vrbe, nouæ de integro difficultates ipsius profectionem eludere conatæ. Nam inter multa & nuper capta à Turcis Rhodus memorabatur, auspicijs Solimanni, nostra tum clade felicitis: & ipsemet IGNA TI VS febrile non obscure incipiebat. Tamen nihil omnium fuit, quod animū ab incepto dimoueret. Quin ea se esse spe ferebat,

rebat, vt Hierosolyman^m nau^m na^m turus crederetur, si nauis ve^m ca de portu Veneto soluisset.

Interea verò, quoad Venetijs hæerere visum est, hanc sibi viuendi legem I G N A T I V S sciuit; interdium modicum victum precario querere: noctu autem, gratuitum sub cælo hospitium optare, quietemque in publico capere. 55 Hinc res eo tempore accidit memoranda; vt Senatorij ordinis vir de prima nobilitate, domi suæ cubans, se talibus per noctem vocibus increpari sentiret. Nempe tu inter hæc vestium stragulorumque serica, & familiaris opulentia aulica noctem degis; neque meum interim seruulum pensi habes, qui in fori porticu nudus abnoctat? Tu mollibus plumis, ac diuite in lectulo recumbis; illi pro culcirra humus est; & tegetis vicem cælo operitur. 56 Nō sustinuit exprobrantis

br
to
ge
gr
M
I
hu
po
cu
&
m
ho
ho
far
57
eff
Gr
Re
cil
in
ne
sul
fur
inc

brantis vim Senator: Sed damnato confestim lectulo properat surgere; metuque plenus domo egreditur; & contabundus ad S. Marci forum denique defertur. I G N A T I O ibi humi reperto, & hunc utique esse, quem cælestia portenta prodidissent, videns; secum in ædes perducere, lauteque & humanè complexum, vehementer suspicere cæpit. Sed ille honoris fugiens, mox à nobiliori hospite, ad hominem Hispanum familiariter inuitantem deuertit. 57 Sub hæc cognoscit, necessum esse, ut, nauigij impetrâdi, Andreã Grittum adeat; virum eius tunc Reipub. principem. Quicum facile conuenit, ut, dato negotio, in prætoriam nauim gratis imponeretur. Ea erat designatus Insulæ Prætor, in Cyprum transmissurus. Illo diei momento, febris incommodum æstuabat, & à phar-

C maco

maco fortè hausto vix etiam dum abierat, cùm nuntiatur nauigationem properari. Medici proinde negare, rectè facturum, si cõscenderet; & rem periculi compertam dicere. At ille morem potiori medico gerens, proficiscitur; & secus quã oës metuerant, integrè conualefcit. 58 Inter nauigandũ mala facinora fiebãt multa; quæ IGNATIUS, pro suo in Deum studio, liberius vindicabat, quàm vt vectorum aures paterentur. Eò constituerunt nauitæ illum aliqui in insula vspiam deserta exponere, & clanculò incautum relinquere. Nec longè iam à scelere aberant, cùm subita se procella in nauim intulit, magnoque illam impetu in altum reiecit. Itã ventis pro IGNATIO dimicantibus, portum nefarij consilij tenere nequierunt. 59 Per eos dies sepe Christ⁹ illi cõspicius fuit, & mirifica voluptate

captum, denique ad pridie Calendas Septembres in portum, & quinto post die in urbem sacram induxit: cum Venetijs pridie Idus Julias discessisset.

60 Hic supra quam credi facile potest, magnis lætitijs inundari IGNA TIVS, cum eminus primæ religionis rudera aspiceret; urbem veteribus monimentis inclytam, ac tot prodigiorum feracem. Ibi quoad morari licuit, assiduis gaudijs affluebat: & nova semper voluptas erat, loca alia ex alijs obire; eaque præsertim vestigia religiosè venerari, quibus olim impressis, humum hanc Christus nobilitarat.

61 Nec verò consilium illi fuit, inde aliquando excedere; sed omnem ibi de cætero vitam & hisce studijs, & traducendis ad Christū barbaris addicere: quamquam, ne quas gloriolas mer-

caretur, istud velle dissimulabat.
 62. Re tamen altera cum præside
 loci (is erat Franciscanis Patribus
 Præfectus) maturè deliberata, &
 multis vndique difficultatibus
 compertis, necesse habuit in His-
 panias redire; tum rebus alior-
 sum euadentibus, eum vitæ mo-
 dum sequi, quem Deo videretur.
 Igitur postea quàm diligenter o-
 mnia pieque perlustrarat, datur
 signū profectiois: cū ille nouis
 cupiditatibus denuò exarsit, ad
 olearum montem reuisere, & sa-
 crorum pedum vestigia, quæ in la-
 pide Christus inibi destituerat,
 rursus cōspicere. 63. Quare solus
 repente, nemine conscio, & quod
 periculi formidinisque plenum
 erat, cum nullis Turcarum præsi-
 dijs eodem postliminiò euadit;
 impensè seruaturus, in quam ter-
 ræ plagam dexteri, in quam læui
 pedis indicia spectarēt: custodijs,
 quòd

quòd alia nimirum omnia defie-
bant, cultello forficulaq; in mer-
cedē relictā. 64 Interim aduerti-
tur, desiderari IGNATIVM: tū verò
Patres Franciscani metuere, & id-
circo reducem increpare: sed &
alter quispiam Christianus, eius
familiæ, quæ à cingulo indigeta-
tur, impēdio acerbior, acriter ho-
minē turbideq; accipere. 65 Ni-
hilo tamen ille perturbator, in
Christum identidem intuebatur;
quem anteambulonem ad vsque
cænobi; fores secutus, non modi-
cas voluptates hauriebat. Iā hic
mare cælum inceperat, & niuibus
glacieque omnia circum infesta
esse, cum tanto maris interuallo
Italia repeteretur. Neq; vlla tamē
illum præsidia in hiemem munie-
re; nisi, quòd crassioris telæ fe-
moralia, ac de simili centone tho-
rax amiciebant: & hic quidem se-
cundum humeros lacer; cui, de-

curtatæ tuniculæ lacernam tenuem, ac senio victam, super iniiceret. Calceatus item, cætera crura relinquebat prorsus detecta. 66 Ità præparatus in Cyprum deuehitur. In Cyprio portu, tres naues reperit, propediem soluturas: Turcarum vnã: alteram Venetam armamentis omnibus apprime instructam: in quarum ille neutram admitti potuit. 67 Et Venetę nauarchus rogatus IGNATIVM transportaret: comperta eius mendicitate, parum habuit negare, insuper cauillo petijt: & eum vtique, quem vulgò tam sanctum prædicarent, nauigij non egere: iuberet vndas sibi ancillari, & pedibus obnoxium mare perambulet. Pœnituit statim dixisse: & linguæ intemperantiam repentina clades expiauit. 68 Reiectus IGNATIVS, tertiam conscendit, exiguam illam, & vetustate carieque

rieque

rieque proximè fatiscentem. Eæ
simul omnes in altum euectæ, ac
secundis ventis in Vesperum vsæ.
Inde cœlum omne turbari, & na-
ues atrocibus procellis concussæ,
longè diuersissima euenta sortiri.
Turcica fluctibus decumanis ex-
pugnata, & immani aquarum
vortice cum omnibus vectoribus
hausta, momento subfidit. Mi-
tius in Venetam sæuitum est: Ea
iuxta Cyprum euersa quidem la-
befactaque pessum ijt: sed inco-
lumem tamen turbam exposuit.
69 Solus, quo IGNATIVS ve-
hebatur, lembus inter insanæ
tempestatis turbines euasit, ac
medio circiter Ianuario an-
ni cio. 15. xxiv. saluis omni-
bus portum tenuit. Verùm
vix pauculos dies Venetijs
moratus, repetere terram Hispa-
niam constituit. 70 Cui rei nu-
mis aliquam multis in stipe ac
C 4 panni

panni tela, quę stomacho fouendo esset, accepis (nam à frigore, longaque nuditate vexatus, pridem laborabat) Ferrariam urbem Italiae proficiscitur : vbi super alios alij pauperes incidere, & stipem de more flagitantes, breui omni ea, quam dixi, pecunia exuere. Ipse dein' templo egressus, ostiatim per urbem cibarium panem emedicauit. 71 Post ire Genuam volens, non potuit quin à militum Hispanorum praesidijs conspectus, & pro exploratore primum comprehensus indignissime mulctaretur: tum stulti vicem traductus, pugnis calcibusque non perfunctorie concideretur. Quae verò ille conuitia hilaris ferre perseuerauit. 72 Sed Galli, quibus ea tempestate bellum cum Hispanis acre erat, eundem nacti, longè liberalius dimiserunt : gens iterato in IGNA-

TIVM

TIVM beneficio memoranda. Gen-
 uam in hunc modum perdu-
 ctus; in idem Barcinonem, in-
 gruentibus mari quâ hostium,
 quâ piratanum periculis, in colu-
 mis denique traiecit.

Postquam à difficili peregrina-
 tione in Hispanias IGNATIVS
 reuertit, non fuit consilium, reli-
 quam ætatem sine litterarû cultu
 degere: nempe si quam orbi la-
 boranti opem ferre, Deo que ob-
 sequium probare impensius vel-
 let, intelligebat, esse cum studio
 virtutum, scientiarum quoque
 subsidia cõiungenda. 73 Proinde
 annos iam natus xxxiii. aggre-
 ditur, prima linguæ Romanæ e-
 lementa condiscere: eamque ob-
 rem in disciplinam se Hierony-
 mi Ardebali tradidit; viri probi
 in paucis & humani, grãdis præ-
 textatus: cum interim ab Isabel-
 la, fœmina nobili, de qua supra

monuimus, alimēta promitterentur. Haud illum fefellēre inferi veratoris artes : qui futuri sagax, magnis conatibus hoc sibi agere sumserat, vt IGNATII cępta, temerē discuteret. Ideo in varia se ora versatilis Proteus abdere, aliasque fraudes ex alijs ducere, nunquam omittebat: in IGNATIVM ingeniosus. Sed ille tanto maximē in inceptis pergere : nec pati, vt stygijs aliquando laruis eam omissionem gratificatus diceretur. 71 Et subinde remittere stomachi dolores sentiens, quibus nuper tenebatur: occupat redire ad veterē domandi corporis rigorem : cui bello, quòd instauratū nuper secus cessisset, inducias aliquam diu dederat. Cępit igitur calceorum soles perforare, sensimque itā eas deterere, vt hiemi appetenti nudis vestigijs occurreret: relicta tamen tegminis alutā, ne ostētui se apud
alios

en-
ve-
ax,
ere
ne-
ora
que
am
io-
in-
gijs
nem
ub-
ores
tur:
an-
llo,
cef-
de-
fo-
eas
adis
men
pud
lios

alios faceret: pro eo, ac luem in-
tempestiuæ gloriolæ semper fugi-
tabat. Per id temporis, duæ res il-
li maximè memorabiles contige-
runt, quæ cùm de patientiæ usu,
rùm de charitate eius mirabili, pa-
lâm fecêre. Earum est altera in
hunc ferè modum gesta. 75 Erat
in suburbano cœnobium à sacris
Virginibus habitatum. ANGELO-
RVM tutela, & instituto S. DOMI-
NI CI infigne. Huc ruere aliqui
subinde adolescentes, locumque
vanis studijs complere nūciaban-
tur. IGNATIVS abolendæ cōsuetu-
dinis rationes inire, idque vehe-
menter contendere apud Virgines
suscepit: Ne licentiæ iuuenili por-
ro aditum patefacere, seseque ipse
taliū discriminum iniurijs obij-
cere pergerent: sed secessum, quā
noxiam familiaritatem mallent.
Remque eò constanter adduxit,
vt exclusi in posterum iuuenes,
cùm

cùm postliminium non haberent, auctori infensi minitarètur. Post, vbi metu consternari hominem non posse intellexère, aliquoties illum adorti, fustibus atrociter insultarunt; easque illi plagas imposuère, quæ aliquando malagmate erant curadæ. Insanierunt ij quidem talia; Cæterùm IGNATIVS sua nihilo magis desinebat: lætus ea fecisse, quibus pœnas improbi, præmia superi decernerent. Alterû erat huiusmodi. 76 Redibat fortè in urbē ab eodem illo cœnobio IGNATIVS; cùm ex obuijs cognoscit, in propinquo propter planitiem LVELLAM, tragicæ rei facinus parratum; hominē quendam ærumnosum, vt sibi lethum conscisceret, infami nodo sese à cubiculi trabe suspendisse. Inhorruit ad barbaram necē noster; in ædes irrumpit; & spectata ærumnæ scena, laqueum properat incidere.

dere. Deruit ab infelici arbore ca-
 dauer: (nam reliqui mortuum cō-
 clamarant) at ipse in preces descē-
 dit; tum deinde iacētem compel-
 lat; & ecce tibi, reuiuiscere suspen-
 diarius, ac sensibus iterum valere,
 tantisper, dum repetitis animi do-
 lentis indicijs, vitam, sed oppor-
 tunius exhalaret. Quod IGNATII
 factum, rebus planè pensatis, vi-
 deri potuit ope maiori quàm ho-
 minis, esse perpetratum: ideò con-
 festim tota vrbe diuulgari cœptū,
 sui habuit ad omnes admiratio-
 nem. Mansit autem Barcinone bi-
 ennium; vir tanto natu, rudibus
 puerorum studijs, sed olim ma-
 gnę rei futuris, intentus. Denique
 sub annum c. d. xxvi. auctori-
 bus viris doctis, maiorum litera-
 rum causa Complutum discessit.

77 Compluti recens extractum
 erat diuersorium, Ludouici An-
 rezanæ; gratuitæ pauperum ædes.

Ibi

Ibi domicilio impetrato, I G N A-
 T I V S de rationibus studiorum
 suorum cœpit cogitare: & amico-
 rum non optimo consilio vsus, si-
 mul Logicen omnemque Philo-
 sophiam, cum Theologia, apud
 diuersos interpretes tentare. Ar-
 bitrabatur illi, in rem fore, si com-
 pendiaria ad disciplinarum metam
 decurreret. Ipse præterea suopte
 ductu in plures adhuc diuersissimi
 ingenij res ferebatur: vt qui parum
 crederet, laboriosissimam in pro-
 curandis litteris prouinciam, sti-
 pe assidua difficiliorem reddere;
 78 sed contendendum insuper, vt
 pueros rudimenta virtutum, ac reli-
 gionis capita doceret: maturiores
 asceticis lucubrationibus assuefa-
 ceret: ad extremum aliud ipse pe-
 culium corrogaret, quo egentio-
 res alij vterentur. Qua hominis vir-
 tute perspecta, fieri non potuit,
 quia certa inter omnes admiratio
 inua-

inualesceret: quę hoc etiam vehementius auxerat, cū eum veste viderent simplici ac plebeia contentum, nudis pedibus incedere: ad hæc, in simili ferè ornatu tres eius commilitones spectari. Hi erant, qui cum adolescente Gallo, vt sub ipso mererēt, diuinitus animū induxerant: qui inde omnes, Hispanis iocāribus, velut à viliori lacerna nomē sortiebantur. Sed in varijs hominum ingenijs, affectus alijs aliud de IGNATIO sentiendi loquēdiq; argumentū ministrabat. 79 Ex his fuere qui necessarium dicerent, quęstiones super scitis ac morib. ipsi^o haberi. Quęsitorem placuit esse Ioannem Figueronum, qui Pōtificis tum Toletani vicē summa cum potestate curabat: post Castellanis Præfectū vidimus. Is nauiter Prouinciam adit: omnesque IGNATII rationes curiosa diligentia scrutatus, noui-

uissimè reperit, neque rem esse
 neq; vocem, quàm notare censu-
 ra posset. 82 Eius tamè experiūdi
 causa, aliquid purgandis suspi-
 cionibus concessum est; vt in car-
 cerem postea datus, ipsos duos &
 quadraginta dies detineretur.
 Quod magna ille quidem alacri-
 tate tolerabat, vt qui innoxium
 se ipse sciret; dudumque appetiis-
 set, Christo suum olim in vincen-
 dis iniurijs amorem approbare.
 At multi tamen erant, haud infi-
 mo loco viri, qui suam illi ope-
 ram gratificatui os ostendebant;
 prompti si qua cuperet, vinculis
 eum liberare. Quibus id ille per-
 missurum se audacter negabat;
 neq; si suam procurare causam,
 aut pro se aduocare vellent, con-
 cessurum: nullo patrono indige-
 re eum existimans, quem iudex
 animus absoluisset: tum etiam,
 quòd à magistratu doceri cupie-
 bat,

ba
 se
 ce
 Vi
 Ig
 se
 la
 sto
 fe
 na
 ste
 ma
 eta
 ce
 in
 Io
 nu
 do
 cu
 ne
 pri
 mi
 spe
 ho

bat, an quâ fortè inscius deerrasset: facilis sequi, si ad meliora duceretur. 81 Caussa diu ampliata, Vicarius denique innocentem **IGNATIVM** renunciat, ac publica sententiâ aduersus calumniam lata, simul illum sociosque è custodia educit. Humano iudice defensam innocentiam, mox tribunal etiam cæleste vindicauit. Postea enim quàm de carcere exijt, mandatum **IGNATIO** est; vt abiecta vestis insolentia, habitu cum ceteris communi vteretur. Atque in eam rem datû negotium cuidâ **Ioanni Lucenæ** viro ad hoc genus officia cõsuefacto, qui vestiendo **IGNATIO**, de quæsita stipe pecuniâ cõficeret. Verû vltus ita venerat, vt ambobus ad eades quasdâ primarias delatis, magna vis hominum se ostenderet, qui ad pilæ spectaculum intendebant. 82 Ibi homo nobilis (nomen adscribere

D

par:

parcimus) cognito, cui rei ad-
 essent, vehementer sanè contur-
 batur; & ad Ioannem conuersus,
 Eccur tu, inquit, eo loco vir, hanc
 talem cogere stipem perseueras?
 malè ego dispeream, & vel flāmis
 ardeam, nisi istic (IGNATIVM aie-
 bat) flammis est vstulādus. Atro-
 nuit præsentēs acerbior vox, qui-
 bus IGNATIÏ honestas in comper-
 to erat. Atqui haud diu cessatum
 est, & eodem ipso die nuntius de
 Philippo secundo affertur. Regē
 esse renūtiatum. Excitavit ea no-
 uitas ciuium animos, vt festo ap-
 paratu sua pro se quisque gaudia
 testarētur. 83 Inter quos etiā ille,
 de quo memoramus, applaudere
 cupidus, properat editam domū
 turrim conscendere. Excudit im-
 prouidus flammæ scintillam; que
 ad vicinā nitrati pulueris custo-
 diam perlata, in insperatū incen-
 dium euasit; hominemq; eluctā-
 tibus

tibus flammis cōprehensū miser-
rimè peremit. Censuerunt id non
fortuitò factum ; sed offensum
luculento conuitio Numen, de-
specti IGNATII pœnas sumsisse.
Cepitq; exinde cōtēte virtutis fa-
ma valescere. Re postmodū, vt ac-
ciderat, narratâ; grauius indoluit
IGNATIVS., & obortis lacrimis;
hoc manè inquit, ipse has sibi in-
felix Vates exequias prædixit.

Ceterum hinc discessurus, in-
stituit Vallisoletū ex negotio pe-
tere, quod cum Alphonsio Fonse-
ca Antistite Toletano, conficeret.
Hic eum benignè complexus; &
re, cuius agenda venerat, effectâ;
Salmaticâ cum viatico, inter op-
portunas pollicitationes dimit-
tit. 84 Eò profectus, cōtinuo cepit
more suo mortales ad virtutum
studia pellicere; illa q; eadem age-
re, quæ alibi visa erant in familia-
ritatem iam vertisse. Quapropter

paucis iterum diebus, increbescere rumor, atque IGNATIVM ad omnis ordinis homines differre: qui nouitate & mali metu excitati accurrere; dicentis libertate, & in mouendis animis facultate solliciti cogitare, ne quod virus ea boni specie tegeretur. 85 Re omnino nouissimè ad Magistratû delatâ hoc facilè proficiunt, vt iniectis catenis ipse ac socius arctissimè colligati, nusquam possent ab altero alter diuertere. Dies duos & viginti tenuit is carcer: cum nihilo interea minor ad illum concursus fieri; & ipse in vitia liberè pro virtutibus dicere, verbisque omnes ad honesta accendere perrexit: tantis occupatus gaudijs, vt patiendi cupidior, ijs succensuerit, quibus ideò se esse miserabilem videret; confessus, eos ignorare, quas carcer, quasque alia damna delicias innoxijs parturirent.

ren
& si
alic
ban
hab
diu
sub
86
que
ban
dice
que
min
que
sent
culi
dem
NAT
nes
tem
gnat
tum
lere
bus

ref-
 ad
 erre:
 xciti
 & in
 olli-
 bo.
 mni
 latâ
 ectis
 imè
 o al-
 os &
 ihi-
 con-
 berè
 que
 per-
 is, vt
 fue-
 abi-
 no-
 alia
 uri-
 ent.

rent. Per eosdem dies annonam,
 & si quid aliud captiuis opus erat,
 aliqui ciuium vbertim suppedita-
 bant. Sed neque à quæstionibus
 habendis cessatum fuit; quæ quo
 diutius acriusque exercitæ, eò
 sublimius innocentiam euexere.
 86 Ad extremum Magistratus,
 quem Baccalaureum Friam dice-
 bant, cognitæ virtuti testis, è iu-
 dice factus, IGNATIVM socium-
 que probos esse doctosque ho-
 mines affirmat: & fraudis sceleris
 que obiecti puros, ex animi sui
 sententiâ pronunciat. Atq; ita vin-
 culis eximuntur. Apparebat pri-
 dem huc spectare DEVM, vt IG-
 NATIVS per hos fortunæ turbi-
 nes duratus, decumanas olim
 tempestates superare; & vel pu-
 gnantibus ventis nauem ad por-
 tum, quem ipsi edixisset, appel-
 lere condisceret. Nam & ingenti-
 bus illâ animis impleuit, & cres-

D 3 cente

ente desiderio accensum, ad so-
 cios scribendos impulit; qui cum
 ipso vniuersi in subsidiis essent,
 dum ad communem laborantis
 mundi opē ducerentur. 87 Inde
 par increuit cupiditas Lutetiam
 ire urbem Parisiorū à litteris ap-
 primè celebrem, & Musarum ve-
 tustissimam sedem: idque confi-
 lium quâ constantiâ cepit, ita re-
 tinuit, vt obnitentibus multis, &
 immania damna prædicantibus,
 eripi tamen hanc sibi mentē nun-
 quam pateretur. Hi temporis ce-
 lique inclementiam proponere;
 hi loci hiemes, & anni frigora
 memorare: tum deinde funestum
 Gallos inter Hispanosq; bellum,
 & iam mutuis cladibus geri cæ-
 ptum: Rursus pericula, quibus
 itinera forēt septa, ostendere; ad-
 ductis compluribus barbareꝝ cru-
 delitatis exemplis, quæ in viato-
 res nuper edita ferebantur. Ad
 quæ

qua
 ter
 do
 tur
 lis
 rib
 hæc
 tra
 no
 col
 88
 stuc
 nisi
 Igit
 ma
 inc
 reti
 ope
 Vbi
 vel
 mag
 loci
 testi
 per

quæ omnia IGNA TIVS, quàm in-
 territus esset, vultu præ se tulit;
 doctus, si quò diuinitus mittere-
 tur, pacem inter arma, in pericu-
 lis securitatem, ipsiſq; sub labo-
 ribus otium sperare. Secundum
 hæc cum bono Deo in Galliam
 transit, itinere pedestri atq; an-
 no CIO. IO. XXVIII. Parisios in-
 columis peruenit.

88 Iam alibi senserat, properatas
 studiorũ spes secus euenisse, nec,
 nisi nouo incepto, corrigi posse.
 Igitur Parisijs prius institit ad hu-
 maniores litteras per biennium
 incũbere, quã grauioribus initia-
 retur; Tum deinde Philosophiæ
 operã diligentẽ triennio nauare:
 Vbi quidẽ p̄gressus fecit, quãtos
 vel p̄ses ipse iudicauit, ad honorẽ
 magistri petẽdũ idoneos. 89 Quẽ
 locũ ille, quò luculẽtius doctrinẽ
 testimoniũ ad ceteros iuuandos
 perferret, non repudiauit. Post-

modo se, diuinis etiam litteris dedit formandum: nec sine Numine. Nametsi ad Musicos labores, credi vix potest, quæ hominem incommoda exceperint, tamen haud fregere. Primum illi domicilium, locus fuit hospitalis à S. Iacobo dictus: sed extra, & ostiarim victum rogabat. Contactus primo triennio identidem in Belgas excurrere, inque Angliam trajicere: Vnde annuo commeatu de Hispanis institoribus collecto, egestatis iniurias tolleraret. Accedebant assiduæ corporis & asperrimæ vexationes, quibus vel solis labefactari vires potuere. Quod quidem non diu post euenit: quando, ne vita prorsus amitteretur, necesse aliquamdiu fuit, scholas omittere. Rursus lacerabant illum aliæ item curæ: quibus anxius, alienæ salutis consultum volebat. Denique acribus
mul-

multorum odijs appetitus, vehementer iactabatur: cuius tempestatis initia hæc fuere. 90 Spectabatur per idem tēpus adolescentes aliqui nobiles, & ingenuis opibus clari: quos exemplum IGNATIUM ad res mortales abdicandas exciuerat. Hi ausi simul fortunas suas in egenos spargere: simul egere ipsi, ac necessaria cum mendicis petere: præterea lautitij publicæ Xenodochia, vbi degerent, præferre. Quod illorum factum, vt in spectaculum traxit pleramque ciuitatem: ita parentibus amicisque haud magnopere probabatur. 91 Nec nesciebāt, IGNATIUM mouisse. Ea propter illum aggrediuntur, ac velut in mali auctorem, concepta quilibet odia euomunt, falsisque illum commentis criminatur. Nominatim veró adolescens Hispani nominis, qui hoc item consi-

lio vsus, valere humana iusserat, animos quorundam vehementius perturbabat. Præter quem, & alij paulatim ad optimos mores, & crebram quâ SACRAMENTORVM, quâ precum consuetudinem ab IGNATIO erudiebantur. Harum rerum impatientes ij, quos dixi, conspirant. Parisiis S. Barbaræ Collegium est: ibi faba cudebatur. Supplicium quippe est acre, & vel extremis Scholasticorum facinoribus inuentum: quo, obseratis Collegij foribus, ad æris Campani motum, discipuli glomeratim oēs accurrunt; stant Magistri, & singulis virgarum fascibus infensi minantur; inque vnam gymnasij turbellam seuerissimè omnes animaduertunt. Facies loci formidolosa, & ad sanciendo mores puniendosque peropportuna. Cōuenerat igitur hac supplicij infamia

IGNA-

IGNATIVUM notare. Enimuero
IGNATIVUS funestę rei haud igna-
rus, locum inuit: aduersus metum
constans, & si res posceret, appe-
tentior iniurię ferendę, quę ad-
uersarij erant, faciendę. Sed oc-
currebat impauido, non id nimi-
rum agi, vt per ignominiam ipse
peteretur: esse teneras quorundę
indoles, quę iacta virtutum se-
mente, nondum ad maturitatem
peruenerint; eas vtiq; in flore pe-
rituras, si hac odiorum procella
cõuellerentur. Ob has res placuit
loci Rectorę adire. Ibi eum, quid
sui iudicij sit, docet. Nõ se iniurię
sua, sed aliorum iactura moueri,
quibus hęc famę suę lacuna mox
officeret: sed eã tamẽ ipsam si ille
porrò negligendã duceret, in se,
quoad videretur, sæuiret. Dixit
hęc atq; alia IGNATIVUS, quę tēpus
monebat. 93 At Rector insolita
vi p̄cussus, principio stupere; mox
animo

animo in obsequium flexo, virtutem hominis amare. Simul amicè comprehensum, in publicum perducit. Ibi copiosè prædicat modestiam innocentiamq; & quem atrocissimæ laniæ deuouerat, ab eo supplex vesaniæ suæ veniam rogat. Quæ res mirè valuit, ad insperatum IGNATII honorem. Nā haberi inde ac colipro Sācto cepit. Adeò quæ infamiæ scena struebatur, ea in gloriæ virtutisque theatrum momento euasit.

94 Iacobus hic Goueanus (id Rectori nomen erat) gente Lusitanus, vir egregiè doctus, ac cetera pius: pluribus deinde beneficijs vnā hanc noxiam pensauit: certe IGNATII eum sociorumque singularis postmodo amor tenuit: pæneque principem sibi auctorem Ioannes Rex habuit, Societatis in Orientem Indiam deducendæ. Vt proinde amplissimæ

colo-

colonix latissimus prouentus,
tantulæ rei principijs propè om-
nis debeat. Sed non potuere ce-
terorum odia vna iniuriâ satiari.
95 Pergunt cæptas aduersus inson-
tē calumnias pertexere: demum
eò rem adduxere, vt impietatis
deferretur. Sacras eo tēpore quæ-
stiones exercebat, Magister O-
ræus, grauis è S. Dominici familia
Theologus. Apud quem cum IG-
NATIÏ causa perorata esset, vsq;
adeò falsa esse crimina ac nulla
constitit, vt eius innocentiam do-
ctrinamq; continuo iudex publi-
cis tabulis sumserit defendere.
Qui & eum deinde libellum, quē
Manresæ factum docuimus, pe-
tijt; atque, si cum bona venia pos-
set, exscripturum se ostendit. Ita
plerumque, quos agere aduersa-
rij in IGNATIÏ perniciem prope-
rabant, DEVS in improuisos ipsi
patronos vertit. 96 Nam idem hic
Oræus,

Oreus, cum diu post nouis Romę fluctibus socij volueretur, opportunus adfuit; & quod infra monstrabimus, pro IGNA TIO grauissimum testimonium dixit.

Angebaturiam pridem IGNA TIVS, & , si quæ auxilia contraheret, laborabat, quibus ad ceterorum salutem impēsius niteretur. Igitur cępit ad socios sibi adiungendos animum intendere; iuuenes aliquot spectato ingenio, nec à sanis consilijs alienos. 97 Vfus solerti censurâ, nanciscitur primum omnium Petrum Fabrū, in Allobrogibus natum; virum suis postea virtutibus magnum. Mox Franciscum Xauerium, gente Nauarrum; inde Iacobum Lainem Seguntinum: dignos Magistro discipulos, & hunc Europę, Indię illum, vtrumque Ecclesię conspicuos. Tum deinde alij super alios accessere; Alphōsus Salmeron

meron Toletus oriundus; Simon Rodericus è Lusitaniâ, & Nicolaus Bobadilla Palentiâ profecti. Paulò post secuti tres alij, præclara piorum appendix: Claudius Iaius Allobrox; Ioânes Codurius Delphinus; Paschasius Broëtus Ambianensis: Prima Sociorum decas, tot propediem chiliadas paritura. In quibus quâ sanguine, quâ gente diuersissimis, mirum erat, nihil diuersi apparere: animorum ea fuere vincula. Et quo tempore Hispania Galliaque hostilibus odijs dissidebant, Hispani Galli que iuuenes æternam societatem coiere. Hi erant omnes artium bonarum Magistri, & literis diuinis omnibus iuxta docti. 98 Igitur postea quàm in medium consuluerunt; placuit consensu, ad xviii. Calendas Septemb. aliqua legib. inter se sancire. Tèplum in suburbano visitur
(Mon-

(Montem Martyrum dicunt) illic in secessu animis confessione atque Eucharistia lustratis, incipiunt voti sacramento paupertatem æternam singuli nuncupare: seseque defendendis animorum periculis impendere: tum in Palestinam, quã prima posset expeditione, ducere: aut si amplius annum vel trajicere, vel ibi degerere prohiberentur, in Pontificis Romani arbitrium denique ac potestatem, pro nauanda Ecclesiæ opera, transire. Voto rite signato, conuenit, IGNATIVM in Hispanias proficisci: & quædam ibi sociorum momenta, resque alias, in Dei cultum cessuras, accurare: confecto post negotio Venetias repetere, & id locorum socios, quorum studia propediem finiissent, præstolari.

99 Cum huiuscemodi mandatis discedit IGNATIVS, & breui post

pòst in patriam ingreditur: sed ad
fratrè, domus illustris principem,
noluit neque diuertere, neque ab
eo rerum necessariorum quicquã
petere. Xenodochio receptus,
perseuerauit more suo stipẽ pro-
palã rogare. 100 Hic pueris Chri-
stianæ rei rudimenta tradere: per-
que hebdomadem ter instituit
pro concione cum populo agere.
At ille omnibus vijs accurrere, &
frequens adesse: adeo vt in cam-
porum aperta fuerint educendi,
quòd templorum angustiis arce-
rentur. Vbi non pauci fuere, qui
in scens arboribus, opportunum
eius audiendi locum captarent.

101 Quæ verò res miraculi speciẽ
non obscuram habuit: cum febrim
conflictabatur **IGNATIUS**, & ce-
tera mirè debilis, languebat: con-
cionantis tamen oratio ultra pas-
sus trecentos syllabatim ac clarè
accipiebatur. Valuerunt illiusmo-

E

di o-

di orationes aduersus crebra vitia, quæ vulgo inuaserant, Deniq; rebus pluribus cum pauperum aliorumq; bono constitutis, patriâ rursus excedit. Secuta eum est admiratio apud ciues ingens; & mirificæ virtutis superstes fama. 102 Quippe satis constat, in ijs partibus, hominem comitali peste annos multos ægrum, malo liberasse. Ibi cæminam præterea honestam, quæ lenta phthisi tabescebat, viribus restituit: & aliam malo dæmone agitatum obsidione exemit. Hæc omnia vsque in famam miraculi percrebuerunt, vt certatim multi in vestem IGNATIÏ inuadere, tactuq; religioso eum sanctum colore laborarint. Discessit nullo nec socio nec viatico subleuatus; &, mendicitate, quam nunquam desierat, velut longis deliciis reuocata, Pompeiopolim peruenit, inde Almazanum:

num: post Seguntum Toletum-
 que petiit, vbi data sociorū man-
 data exequeretur. Conscēso pro-
 pe Valentiam nauigio, in Italiam
 intendit: ac multis iterū tempe-
 staribus iactatus, postremò ad cō-
 dictū Venetias appellitur: ibi so-
 cios præstolaturus. Verū is dudū
 inferis pro hoste habitus, res Ve-
 netiis inquietas nanciscitur. 103
 Nā odio agitati quidā luculentis
 illū calumniis de integro inces-
 sunt. Profugū ex Hispanijs esse,
 & deserto vtiq; vadimonio pœ-
 nas mali facinoris metuisse: certè
 statuā, sollenni cum deuotione
 cōbustā, succidaneā pro ipso ho-
 stiā arsisse. Quęq; alia hoc genus,
 animus mal^o, & pessimi sēper cō-
 filij auctor, mendaci lingua effu-
 tiebat. Sed ea ex vano hausta, eo-
 dē rediēre, post q̄ eius integritas
 grauissimo teste Hieronymo Ve-
 ralo defēsa est: quē virū ex Rosano

ra vi-
 eniq;
 am a-
 patriā
 est ad-
 & mi-
 a. 102
 parti-
 peste
 libe-
 a ho-
 abef-
 aliam
 fidio-
 que in
 runt,
 n Ig-
 giofo
 arint
 c via-
 itate,
 elut
 mpe-
 naza-
 num:

Antistite, & Pontificis legato, de-
 mum Purpuratorum Patrū Col-
 legium cooptauit. Interim donec
 Socij eodem cogerentur, institit
 IGNATIVS viros sibi doctos piof-
 que adiungere: atque primariis
 eius Reipub. senatoribus se infi-
 nuare: quibus ad virtutem docu-
 menta relinqueret. Eo effecit, vt
 breui apud plerosque omnes gra-
 tissimi nominis memoriam con-
 sequeretur.

104 Septimus & trigessimus añus,
 vltra millesimum quingentesi-
 mum cæperat, cū ante VI. Idus
 Ianuar. expectati ad IGNATIVM
 socij peruenēre: incommodo an-
 ni tempore vsi: simul vię maligni-
 tate, simul longinquitate exerciti.
 Ad primum adspectum omnes in
 complexus mutuos iēre, suauis-
 simo sensu delibuti: ac mox in æ-
 des hospitales alij alias dimissi,
 sui in pauperū obsequiis experi-
 undi:

un
 na
 Ea
 cu
 gr
 di
 tu
 id
 Ro
 III
 mi
 læt
 de
 Ve
 Ign
 na
 fac
 po
 pa
 tun
 qu
 stin
 an
 cra

undi: tantisper, dum dies Roma-
 nae profectio*n*i cōstitueretur. 105
 Ea vbi appetiit, accinxerunt sese,
 cum extrema rursus inopia con-
 gressuri. Nam pedestris itineris
 difficultas, tum quærenda stipe,
 tum perpetuo ieiunio (vernum
 id erat) haud modicè crescebat.
 Romæ apud Pontificem Paulum
 III. orata in Palæstinam trans-
 mittendi copia, eaque data: cum
 lætis apprecationibus digressi,
 denuo inter vltimam egestatem
 Venetias reuertuntur: vbi eos
 IGNATIVS opperiebatur. Hic ad
 naralem B. Baptistæ Sacerdotes
 facti, qui nondum fuerāt, & cor-
 poris prius castimoniam, vitæq,
 paupertatem, votis apud Lega-
 tum Pontificium professi. Sed
 quòd nulla id temporis, in Palæ-
 stinam navis soluebat, coguntur
 anni spatium morari, pro vt sa-
 cramento receperant: illud ne

qua defidia otioſe contererent, per oppida Prouinciæ Venetiæ in ſtatiua diſceſſere. 106 Ac ceteris, quò quemque viſum eſt, dimiſſis, IGNATIVS cum Fabro & Laine Vicentiam optauit. Ibi dies xl. in ſuburbano incoluit; repertâ ædiculâ malè ſarta, vñdis ventifq; obnoxia; & deſerta prorſum ac vaſta; quam denique veterem capulum dicere, quam domũ, malles. In ijs poſtea veſtigijs Capuccini Patres ſuum ſibi cœnobium cõdiderunt. Ceterũ ſub illo tunc domicilio, noctes ſuas degebant, ſolo paleis conſtrato: lauitias habuerunt panem mucidum ac durum; cuius fruſtilla ægrè collecta, erant aqua prius aliquamdiu domãda, quàm mandi poſſent. Poſt ergo quàm nulla ſe nauigãdi ſpes oſtẽderat, abiectõ tãdem expeditionis tranſmarinæ cõſilio, ad Italiæ frequẽtiſſimas quaſq; Academies

mias cōuertuntur. In ea sortitio-
ne obuenit IGNATIO, cū duobus,
quos dixi, socijs, Roma prouin-
cia. Nimirum huc ducebat DEVS,
vbi opportunè nascenti Societa-
ti cunabula ponerentur. Neq; e-
nim fortuitū fuit, quod ex annis
haud minus triginta tribus, illo
tūc vno, nulla decerneretur in Pa-
læstinā nauigatio, quo illi exce-
dere terra Italia cogitabāt. 107 At
IGNATIVS Sacerdos inauguratus,
dum diu molitur, qui sese ad pri-
mam litationē apparet, anni spa-
tium consumit: id interea vnum
contentè precatus, vt summe Vir-
ginis patrociniō iuuaretur: illam
cælestioris vitæ ianuā esse; illam
inter DEVM hominesq; sequestrā.
Curaret proin, vt filium, pro eo q̄
sanè mereretur, diligere colereq;
posset: porro eadē pergeret in dif-
ficillimo negotio sibi animū vires-
que addere. Inter hęc fermè studia

duravit, donec Roma proficisce-
 retur, itinere pedestri & cum mē-
 dicantis fortunę apparatu. Quo-
 tidie autem epulum Eucharisti-
 cum ab operāte socio repetebat?
 manantibus copiosè gaudiis, &
 cælo vberes delicias affundente.
 108 Proximè urbē subsistentibus
 fortè socijs, vsuuenit vt solus in
 ædiculam desertam secederet: Ibi
 sensit inter maiores precū æstus,
 præcordia sibi mirabiliter im-
 mutari: ac repentè conspicatus,
 hinc patrem æternum, inde Chri-
 stum filium cum cruce in hume-
 ros iniecta: vt cui Pater IGNA-
 TIVM sociosque suauissimè com-
 mendaret, ei que velut singula-
 tim emancipatos vellet. Annu-
 it parenti filius, atque eos se in cli-
 entelam recipere ostendit: mox
 vnā cum cruce conuersus ad IG-
 NATIVM, & ore suauitatis amo-
 risque pleno, EGO VOBIS, inquit,
 ROMÆ

ROMÆ PROPITIUS ERO. Attulit
id ostentum IGNATIO haud du-
biam vim gaudiorum: quo etiam
Sociis commemorato, illis ad pe-
ricula laboresque obeundos no-
ua, quod par erat, alacritas ince-
sit.

109 Ex eo die, mirum est, quàm
hæserit animo illius, nomē IESV!
Illuc sic vt in ducem vitæ: illuc in
exemplum ferendæ crucis aspice-
re: in didem Religioni suæ consti-
tuit titulum figere. Nec pugnavit
iusto desiderio Pontifex: sed eam
breui post SOCIETATEM IESV in-
scripsit. 110 Prius tamen superâ da
IGNATIO ingens tempesta erat,
quæ Romę illum odiis & iniuriis
iuxta, atque atrocissimè vexabat.
Eam conciuerat homo impostor,
qui in vrbe Concionator agebat:
iam scitis hæresion corruptus, a-
liosque secum in præceps trahere
fraudulenter ingressus. Ceterùm

E 5

huic

huic hominis vesaniæ pugnare nostri; ac stationē tenere ausi, proximè vltimū discrimē adducuntur: & nisi in tempore Iudices ij ipsi prodiissent, quibus & alibi accusata IGNATII innocētia, absolutaque fuerat; Societas in suis etiam dum cunabulis luculētam plagam accepisset. Sed horū auctoritas, & deprehensa hostium calumnia perpulere Magistratū, vti ex decreto Pontificis contra aduersarios pronūciaret. III Interim negotiū tribus Cardinalibus datur; viderēt, an tollere nascentem IGNATII partum placeret, & ad tot religionum familias vnus accessionem fieri? Causa inter illos relata, principio Societas plerosque aduersos habuit. Ac Bartholomæus præsertim Guidicionus, id laborādum impensius contendebat, non qui nouæ iam familiæ conderentur, sed

fe
ru
II
C
d
L
fu
ol
o
o
tr
d
fu
q
tu
ce
e
&
pe
fe
c
fi
P
h

sed quibus fulcris veteres, mox in
ruinam ituræ, substruerentur. Ita
III. quondam Innocentium, in
Concilio ad Lateranum coacto
decesse: ita Gregorium X. in
Lugdunensi. Nempe, quam in
suis cæptis difficultatē Dominic⁹
olim ac Fraciscus repererāt, eādē
oportebat & IENATII principiis
occurrere. II2 At rebus inter hos
trium viros diu agitatis, flecti tā-
dem se vinciq; Cardinalis cōfes-
sus; Mihi verò, tametsi nouæ, in-
quit, copiæ, haud quæuis probā-
tur; in hac tamen Religione scif-
cenda, longè mihi diuersa mens
est: Percellit animum vis insolēs
& occulta: & quò nullæ rationes
pertraxere, illuc diuino me ductu
ferri aduerto; iamq; animo volēte
cōplector, quidquid humano cō-
silio præceptis damnaram. Inde ad
Pontificē rerulit: ac societate ve-
hementer laudata, pro eius insti-
tute

tute

tuto honorificè dixit. Quo ipso
 dein Pontifex perlecto, gauisus,
 DIGITVM DEI inibi ESSE excla-
 mauit: & se vtique ex modico or-
 tu, quantum mox fructum Eccle-
 sia esset perceptura, præsentire.
 113 Nec longè distulit, quin So-
 cietatis leges ratas esse æterna-
 que edicto sanciret. Quod quidè
 Natalibus SS. Cosmæ ac Damia-
 ni factum, V. Cal. Octob. anno
 CIO. IO. XL. Et triennio post, fini-
 bus, quibus suum decretum cir-
 cū scripserat, prolatatis, Societa-
 tem integrè rursus stabilivit. Id-
 que ipsum CIO. IO. L. Iulius III.
 Paulo huic tertio Successor da-
 tus: alii que deinceps Pontifices
 ad nostram memoriam fecêre:
 insuper raris eam prærogatiuis
 auctam voluerūt: quibus testan-
 dis diplomata retinentur, hodie-
 que monstranda.

114 In hunc ferè modum consti-
 tuta

tuta Societas, nondum habebat, quem summo sibi imperio præfectum spectaret. Igitur Comitibus ad anni cio. io. xli. vernum ieiunium indictis, qui Socij in Italia remanserant, ad designandum GENERALEM euocantur: quibus adesse ex negotio non licebat, ij verò litteris, quid fieri vellent, aperuere. Omnium consensu Ignatius renuntiatur. 115 Sed nimirum ea viri modestia fuit, vt inducere animum non posset, quo in eorum potestate se fore promitteret. Cæpit magnis proinde precibus fatigare Socios: vellent, iuberent, eo se onere liberum esse, cui ferendo se imparem sciret: neue committerent, vt i vix dum coalescens Societas detrimentum ab se caperet. Impulit grauibus hoc genus querelis socios, vt, quod modò iusserant, ad quadriduum comperendinarent. Interea

terea tēporis, rursū ad preces itur,
 & quid Numini videatur; soller-
 ter inquiritur. 116 Ibi nihilo pau-
 cioribus suffragijs in IGNATIVM
 spectātibus denuo vniuersis præ-
 ficitur. Hic ille, cetera minimè
 pertinax, iuxta repugnare; atque,
 vt serium scires, secessu capto, ad
 recognoscenda vitæ totius acta
 incumbere: ijsque sacerdoti ex-
 positis, quid facto opus esset, con-
 sulere. Theophilus is erat, vir in-
 ter S. Francisci posteros egregiè
 sanctus; apud quem, in S. Petri
 promontorio, expiare se prius
 insuērat, quàm Societas planè
 coiretur. 117 Hic talis, cognito,
 quid fieret eum utique Deo ait
 pugnaturum, si porro abnuere
 perseveraret. Tum denique ma-
 nus dare IGNATIVS, & decretam
 sibi prouinciam adire: Idq; vt au-
 spicato fieret, aute diem X. Calē-
 das Maias cū socijs, tribusq; ado-
 les.

les
 in
 pt
 S.
 vo
 ijs
 ch
 ub
 pr
 gr
 ag
 tu
 no
 da
 tis
 tu
 fu
 di
 at
 pr
 lia
 an
 qu

lescētibus eodem adlectis, (quos inter & ego me esse memini) ad septē vrbis Tempia visere. 118 Ibi in S. Pauli æde operatus, sollemnem votorum formulam socijs præit: ijsdem porro consequētibus, Eucharistiam imperit. Interim exuberare lacrimis omnium ora, & præ gaudio vix se ipsi capere, dum gratas Numini gratias identidem agūt: cuius cōsilio res cepta, euētum habuisset. Obtestati, vt æternos sibi posterisq; successus secundaret. Ita ab eo die cepit & institutis suis Societas, & capite valere.

Inito Magistratu, nihil cunctatus est optimi parentis munere fungi. Primum omnium habuit in diem posterum diluculo surgere, atq; viritim omnes excitare: rem præsidii necessariam ratus, vigiliis: & posse illius exemplo etiam reliquos facile expergisci, atque ad suos quemque labores adigi.

adigi. Tum deinde, ut quanto maximè alios præstabat, tanto vilissimus appareret, sum sibi in culina curare: & per dies complusculos pro mediastino facere, quidquid vix tironè, sui vincendi causa, decuisset. 119 Post etiã perrexit Christianæ rei elemèta pueris tradere, diebus cõtinuis XLVI. 120 Et quamuis, homo Hispanus, haud satis pro Italo, neque concinnè diserebat: is tamen emicabat oris ardor, ineratque linguæ vis tanta, ut auditores oppido commoti, mox damnatis noxiis ad sacerdotum pedes abijcerentur: ac subinde inter eluctantes gemitus, animæque singultientis lamenta, loquendi copiam egrè inuenirent. Quam ego rem non ambiguis testibus compertam, oculis meis habui arbitrari: quippe qui admodum adolescens quotidie solitabam, quicquid

qu
ter
ra
na
bu
ce
sua
ing
ing
fer
ad
fla
po
fac
fo
on
sec
na
cia
Ita
ac
qu
So
te

Indiamque transportatæ exiguæ
eorundem copiæ, mirabili incre-
mento auctuque valuerunt. Ita,
quod IGNATIIVOTUM fuerat, bre-
ui effectum eo superstite vidimus.
Et nimirum hanc à Deo gra-
tiam inierat, vt cuicumque confi-
lio animum applicuisset, id fermè
omne, propitio euentu expedi-
retur.

122 Gessit autē Rempub. summo
cum imperio IGNATIVS, annos
xv. & menses præterea iiii. dies
omnino ix. exante diem xi. Ca-
lendas Maias, cio. io. xli. ad ul-
timum Iulium anni lvi. quo ex
humanis abiit. Et eo quidem to-
to tempore, ita assiduus in fun-
gendo munere fuit, vt sibi Roma
excundi copiam nunquã fecerit:
nisi cum ex negotio in agrum se-
mel Neapolitanum, atque iterum
in Oropitanum venit, apud Pon-
tificem Paulum III. dicturus. Nos
verò

verò vnum hic in locum cōijcie-
 mus, quicquid gerendarum re-
 rum variè per eos annos illum
 exercuit. 123 Primæ illius curæ
 fuerunt domum Romanam con-
 stituere, quæ deinde velut parens
 tantam sobolem orbi parturiret:
 indidem alumnos suos quaquā
 versum emittere, eosque optimis
 legibus formare, quò in concio-
 nibus operam se dignam facerēt.
 Nec fefellit illum hic suorum la-
 bor. Passim ita se bonis omnibus
 insinuauère, vt desiderio accensi
 multi identidē Collegia flagitare,
 & socijs ciuitatem offerre prope-
 rarēt. Quibus ille, quæ visum est,
 opportunissima auxilia submitte-
 bat. Indeque modicam familiam,
 cum bono Deo, ad hanc amplitu-
 dinem breui perduxit. Sed quan-
 do haud obscurum erat, id stude-
 re malum dæmonē, vti, pro suo in
IGNATIVM sociosq; odio, magnas
F 2 vndi-

vndique turbas conciret, quibus
 cæpta eorum consilia eluderet:
 occupandum sibi illius conatum
 duxit I G N A T I V S : vltroque in
 aciem prodire, ac bellum ei face-
 re maturauit : & quantum ille
 mentiendo niti ; tantum ipse pro
 vero ac bono propugnare. 124 I-
 gitur præter multarum rerum o-
 nera, quibus succumbere quan-
 tiuis humeri potuissent : insuper
 ad hoc serio incubuit, vt flagitia,
 si quæ irroborârant, vrbepelle-
 rentur: curauitque illorum vicem
 præclara scita virtutibus inferen-
 dis fieri. Quemadmodum fuit,
 ne quis medicinam ægris prius
 faceret, quàm piaculari se con-
 fessione lustrassent: ex edicto In-
 nocentij III. 125 Tum præterea,
 vt ædes conderentur, quò rece-
 ptum haberent, si qui de Iudæis
 aut barbaris ad Christum tran-
 scribi vellēt. 126 Nec non & Col-
 legium

bus
ret:
cum
e in
ace-
ille
pro
4 I-
o-
tan-
aper
itia,
elle-
cem
ren-
fuit,
rius
con-
In-
rea,
ece-
dæis
ran-
Col-
gium

legium illi se debet, quod S. Ma-
riæ, à gratia dictæ, dedicatum, iis
fœminis bono est, quas vel à viris
diuertentes libido traxit: vel qui-
bus corpora quæstum fecêre: do-
nec in fidem à maritis receptæ,
aut nuptui datæ, periculum pu-
doris mutassent. Illamque rem
tanti esse censuit, vt hoc genus
mulierculas, iam è probro asser-
tas, ipsemet in omnium ore, ad
illud Castitatis asylum perducta-
ret; oblitus ætatis atque auctori-
tatis suæ, neque quam provin-
ciam gereret attentus. Aiebant
hâc eum aliqui operam perdere,
quando illiusmodi mulierculis
promptum foret, in consuetudi-
nem relabi, & è quorum scele-
rum peste vix dum eductæ essent,
eodem mox præcipitari. Quibus
ille, placidè renitens, nequaquã
actum se agere, respondit. Nam
vbi hoc me, inquit, labore frege-

ro, idque solum denique profecerō, ut ex omnibus vna aliqua sit, quæ noctem vel vnicam spurcæ libidinis immunem ducat; operæ ego illius magnum me precium tulisse iudicabo. 127 Igitur ut huic hominum generi satis prospectum vidit; egit postmodum, ut orphanotrophia per urbem duo construerentur; quorum possent altero puellis necessaria suppetere; pueris alterum pupilis relinqueretur. 128 Sed vehementius aliquanto laboravit, pro excitando S. Catharinæ cœnobio; vbi castitas earum præsertim virginum in tuto esset, quas videbatur siue negligētia parentum, siue nequitia in discrimen honestatis coniectura; siue quas ipsa egestas, non optimi semper consilij mater, erat expositura. Ita nunquam destitit ea agere, quæ vsui alijs commodoque fore

autu-

autumabat. Inter eiusmodi tamen studia quo IGNATII charitas animique vis apertior haberetur, non intercessit DEVS, quin atroces odiorum turbines rursus in illum incurrerent. Quorum tamen excitati fluctus, velut scopulo illusi fractique breui elanguerunt: & illum quidem orbi notiozem: cæptaque eius validiora reddidêre. 129 His atque talibus, supra quam credi facile possit, assiduè exercebatur: quamquam ipse corporis vires longè impares, ceterùm animum multo superiorem gerebat. Et accedebant litteræ aliæ super alias, reddendæ aut cognoscendæ, quibus undique firmè, atq; quotidie creberrimis sollicitabatur. Sepe viri principes illius vota deposcere: sæpe consilijs iuuari, & prudentia eius doceri cupere: modò, vt in negotijs curandis suam operam

addiceret, rogare: tum vero alii gratiam pro eius erga se meritis dicere; & labores, quos fructuosissimos illius alumni passim obirent: tum denique alii aliud vel- le. Videres peculiarem utique, ad res tam diuersas, vim adesse; & suppetiis illum diuinis niti, cum in affecto corpore, alacrior seipso fortiorque appareret.

Igitur defluere corpus viresque in dies ceptabant: cum vigor tamen animi, morbis adhuc omnibus imperare: neque senium ipse, quamuis senex accusare audiebatur. 130 Ad hæc, etsi longas vitæ molestias ita perferebat, ut etiam diuturniores non abnueret; tamen ingenti desiderio ad cælestem patriam ferebatur, vbi cupito Numinis aspectu potiretur. Neque cogitare aliquando suum obitum potuit, quin exuberantes gaudio lacrimas fuditaret. *Quare an-*

re annis iam, & morborum laborumque ærumnis haustus, cum magnis identidem prælijs Ecclesia quateretur; DEVM cæpit multis lacrimis rogare, iuberet se statione excedere, & quietem demum aliquam capere; qua æstuantiano animo, atq; in DEVM spectandum intento, fieri posset satis. 131 Haud irritum id votum esse, sed audiri se, facto iudicio sensit. Ac mox Leonoræ Mascarenia, nobili fæminæ, Philippi quondem Regis nutrici scribens, supremum saluere eam iussit; quippe, (quod ipsa mihi post narrauit,) extremas eas literas fore: ceterum, quæ preces in terra porro omitterentur, eas in cælo vberiores pro illa facturū. 132 In vltima dein egritudine, etsi nihil præter ceterorum dierum consuetudinem dolebat, ipse tamen diem imminere sensit, quæ sum-

mus illi prætor dixisset. Itaq; cō-
 fessione piaculari ac Christiano
 epulo reficitur; (quod assolebat,
 quoties facere æger ipse non po-
 terat) & sub vesperum eius diei,
 qui III. ante Kal. sextiles nume-
 ratur, Patrem ad se Polacum, ar-
 cessi iubet: quem virum Societas
 à secretis habebat. Hic ei alia om-
 nia suspicanti, placidè quieretq;
 summā appetere horā ostendit:
 133 Iret proinde, ac Pōtificē Ma-
 ximum veneratus, solennem ap-
 precationē morituro & piaculo-
 rum veniam postulari: quo libe-
 rior excessus esset. Quæ quamvis
 insperata accepit Polacus, nauis
 tertamen abit, inuenitque Pōti-
 ficem ad eiusmodi quidē postu-
 lata facilem, sed ægritudine IG-
 NATII vehemēter cōmotum. In-
 terim ad Medicos curritur: ij ca-
 ptis experimētis, nihil vilius per-
 riculi timendum, pronuntiant.

134 Quos

134
 fen
 mo
 clā
 rū
 def
 scir
 me
 næ
 nus
 def
 IES
 ni v
 que
 rat,
 Sex
 nos
 LX
 ille
 te: v
 & v
 disc
 tori
 cum

134 Quos ille quidem longè falli
 sentiens, nullo tamè verbulo ad-
 monēdos censuit: neq; pro eo, q̄
 clā sciebat, contēdere: sed in eo-
 rū auctoritate esse decreuit: mo-
 deste veritus, ne quid diuinitus
 scire se declararet. 135 Ita nemine
 metuēte, die postero (is erat Lu-
 næ) hora post ortum solē, cū ma-
 nus cælo sublatas, eodēq; oculos
 defixisset, & qua ore, qua animo
 IESVM vocasset, deniq; inter fere-
 ni vultus indicia excessit, animā-
 que auctori, à quo cōditā accepe-
 rat, feliciter trāsmisit, pridie Kal.
 Sextiles, anno CIO. IO. LVI. Cū an-
 nos vitæ numeraret v. omnino &
 LX. sed vitæ melioris xxxv. Quos
 ille oēs traduxit in vltima egesta-
 te: voluntariis rigoribus assidue,
 & vel peregrinationi, vel litterarū
 disciplinæ intētus: præterea mul-
 torum odiis petitus: ac postremò
 cum carcere, vinculis, ærumnis
 cre.

creberrimè confictatus. Quibus tamen rebus omnibus fuit superandis. Nam animus ei erat, secundarum contemtor, aduersarum victor; amore in IESUM eximi⁹: qui & hostes illi inferos, ceterosque in eius ruinam laborantes nouissimè prostrauit. Vir ingenio planè modesto, & demissionis, quoad vixit, vnicè studioso: qui adeò cum decessurum se sciret, noluerit neque Vicarium sibi Generalem sufficere; neque familiares accire, vt ijs saluere iussis bene diceret; neque aliud quicquam ostendere, quo magni se aestimasse; aut aliquid ad iaciendum Societatis fundamentum contulisse, crederetur. 136 Secundùm institutam firmatamque Societatem superstes annos egit xvi. viditq; hanc Sociorum Collegiorumque frequentiam, vt prouincias xii. deeedens relinque-

qu
fui
Hi
hal
Ar
sub
& S
nia
trib
fili
pro
tur
Co
tur
gn
ten
uit
cip
fest
cæ
sup
cri
aa

queret. Quarum nomina hic posuisse, precium mihi est. Nam per Hispanias, prouinciæ formam habuere Lusitania, Castellana, Arragonia, Bætica. In Italia Insubres ac Tusci vnã; Neapolis & Sicilia singulas fecere; Germania in Superiorem & inferiorem tributa; Galliam quoque & Brasiliam, atque Indiam singuli iure prouinciali tenuerunt. Censebatur iam tum eæ prouinciæ partim Collegijs, partim domicilijs cētum: Incremento cūm per se magno, tum ob temporis breuitatem admirando.

Affecit hæc IGNATIÏ mors grauius multos, ac domesticos præcipuè omnes. Quibus tamen cōfestim suppetere solatia crebriora cæperunt; quæ Pater illis cælo suppetiatum impetrabat. Inde lacrimæ alijs affectuum speiq; plenæ decurrere: nouum animi robur

bur in aliis videri: aliqui in labo-
 res resque aduersas, pro Christo,
 fortius ruere: non ignari, cui no-
 uus hic se impetus deberet. 137
 Ductum funus, sepultumq: hu-
 mili primum conditorio, Kalen-
 dis sextilibus: propter aram Ma-
 ximam eius Templi, quod Marię
 ad viam inscribatur. Sed anno
 deinde cio. io. LXIX. die funeris
 anniuersario, quod aram conti-
 gerat mutari, in alteram eiusdem
 ædis partem transportatum est.
 Donec sub annum denique cio.
 io. LXXXVII. ante XIII. Kal. De-
 cembres, in nouum Professę So-
 cietatis templum, ab Alexandro
 Farnesio Cardinale constructum,
 placuit traducere lipsana: & tu-
 mulo plumbeo inclusa, præter
 dexterum arę maioris latus, col-
 locare. 138 Impositum supernę sa-
 xum: leue illud, neque cælo labo-
 ratum: sed iuxta in pariete mar-
 mor

mo
relu

Ign

Ob

ann

stol

217

-17

me

sta

-ci

-13

13

au

om

est

Ro

tis,

rēt

tur

fan

rat

mor

mor adstituitur, nigro colore ac
relucens cum hac scriptura.

D. O. M.

*Ignatio Societatis IESV, fundatori.
Obdormiuit in Domino, Aetatis sua
anno LXV. Confirmati à Sede Apo-
stolica Ordinis, XVI. Salutis huma-
nae CIO. IO. LVI. Kal. Aug.*

*Eius in Christo filij Pa-
renti optimo*

Poss.

139 Eo in loco situm B. Parentis
auctorisque nostri corpus, apud
omnes in praecipua veneratione
est: & à Nobilitate populoque
Rom. impese colitur: ceteris mul-
tis, religionis causa, eodē accur-
rētibus. Quos certum est; exciri,
tum magna vitae, nec vulgaris
sanctitatis, opinione: tum admi-
ratione earum rerum, quas miri-
ficas,

ficas, illius precibus cōfieri quo-
 tidie vident. Capiūtur & magni-
 tudine fructus, quem suis illum
 suorumque laboribus peperisse
 intelligunt. Rati, haud facile pos-
 se, cam ramorum fecunditatem,
 nisi ab optimæ stirpis indole pro-
 tuberare: neq; tam vberes aquas,
 nisi à fonte salubri & abundo sca-
 turire. 140 Cæterum statura Ig-
 NATIO fuit, infra proceram: Ma-
 tura in ore grauitas; frons passa,
 & explicata: Oculis recedentibus
 palpebræ incumbebant, quâs vi-
 deres assiduo fletu irrugatas. Au-
 res erant mediocriter parvæ, na-
 sus aquilinus: color albo atque
 æneo dubius: vultus ex æquo hi-
 laris ac seuerus: qui facile, in v-
 trumque mouere intuentes pos-
 set: vertex caluitio honestus: ti-
 biarum altera de vulnere breuior
 sed cruris vitium, incedentis mo-
 destiâ tegebatur.



Q

Idea

Nec

In m

Sed

Et c

Cal

ARM

Host

p

Jog

-11

tous

001



S. IGNATIVS

profanâ militiâ

se abdicat.

Quiniper patrijs coruscus armis
Miles fulmineos rotabat enses;

Idem virgineis propinquus aris,

Nec telo latus asperat; nec hastâ

In magnas ruit arduus phalangas.

Sed vultu quarulis fluente limphis,

Et crebros gemitu mouente luctus,

Celo supplicat, & fatigat Astra.

ARMATVS tamè antè quos nequibat

Hofles vincere, INERMIS hic trium-

phat:

G

RES

RES à S. IGNATIO
GESTÆ.

VIRTUTES.

I.

QVÆ de Vita Rebusq; IGNA-
TII comperta sunt, priori
commentario, quàm brevissimè
potuit, tradidimus. Virtutes, ce-
teramque eius indolem, deinceps
persequemur. Sed in rerum
optimarum copia, incredibile si-
bi negotium capiat, qui singulas
stilo complecti velit. Nobis satis
erit, aliquarum duntaxat syllaba-
rum texuisse; & quas ille proli-
xè habuit, multò hîc angustius
denarrare.

141 Familiam ducat **MODESTIA**
quam **SUBMISSIONEM** Latini; Re-
ligiosi **HVMILITATEM** appella-
mus. Ab hac **IGNATIVS**, discipli-
nat

nar
ma
de i
act
diu
bat
loca
inte
cul
den
tus
que
plo
terr
ti in
inde
salu
fran
mor
etor
ret.
ni;
mer
ad c
nat

nam exteriorem pleramque formavit; & exemplis fermè quid de illa sentiret, ostendit. Lacer, ac tunica malè facta, vix dimidiàm textus, orbem perambulabat. Pauperum diuersoria, quàm loca lautiora malle; semperque inter plebem pro ignoto mendiculo, contemni affectabat: tum denique lætitijs perfundi se ratus, quoties conuitijs ludibrijsque aspergeretur. Addidit exemplo præceptum: Longè in infima terræ ei descendendum, qui eniti in sublime olim vellet: tum deinde; ad corrigendos æui mores, salutemque animorum administrandam, maius ab hac Modestia momentum haberi; quàm si auctoritas intempestiua se ostenderet. Dicere illum interim meminim; familiares sibi omnes documento, ad virtutem esse; seseque, ad quosuis pœne comparatum,

erubescere; neque ab alio, quam
 à semet offendi. Scio & alicubi
 fassum; se, quoties diuina etiam
 cum facinorosis loqueretur, sem-
 per lucri aliquid fecisse: quod du-
 ceret seipse longe utique impro-
 biorem. Cui rei dicere identidem
 solitabat; Neminem alium esse
 mortalem, qui pluribus assidue
 beneficijs occupatus, ceterum
 tam exiles Deo gratias habuisset,
 eiusque obsequij perinde secors
 viueret. 143 Mihi familiarius a-
 peruit aliquando, id precibus se à
 Deo flagitasse, vt mortui cadauer
 inhumatum in cenam prouolue-
 retur, ferisq; & volucribus pabu-
 lum esset. Nam quid ni ego, me,
 inquit, hac deuotione dignum
 censeam, qui pars vltima sim cæ-
 ni! Certè verò, nisi alijs consule-
 ret, nudum iturum se, aiebat fuis-
 se, & compita foraq; percursatu-
 rum, vbi luto perlitus, pro stulto
 infa-

infa
 ter
 bat
 tra
 ipse
 tur
 & o
 der
 ei c
 Egu
 gno
 sanc
 cùn
 Iaco
 ciet
 spic
 di v
 raba
 & sa
 stud
 calle
 pert
 disp
 bed

infa-

insanoque rideretur. Sed in harū
 rerum sermonibus rarus audie-
 batur; nisi grauibus momentis
 traheretur. Et, si quando alij de
 ipso benignius coram loqueren-
 tur; repentē colligere animum
 & oris ruborem lacrimis confun-
 dere visebatur. 144 Erat à sacris
 ei confessionibus P. Iacobus de
 Eguia, patria Nauarrus, vir ma-
 gno iam natu, ac cetera mirificè
 sanctus: de quo IGNATIVS mihi;
 cū in cælo nos, inquit, erimus,
 Iacobus hic tanto nobis conspi-
 cietur superior, vt ægrè etiam cō-
 spiciatur. Is, inquam, huiuscemo-
 di vir, multa olim & mira memo-
 rabat super IGNATII virtutibus
 & sanctitate; velut, cuius arcana
 studiaque animi penitissimè per-
 calleret. Ea res tandem com-
 perta; vehementer IGNATIO est
 displicita: quare supremis illi o-
 bedientia legibus interdixit, ne

quid se superstitie porro auderet. Quod ille cum ægre se cauturum ostenderet; I G N A T I V S, ne qua inuito elaberentur, desijt ad eum redire. Interim senex sæpe optabat, paucos dies I G N A T I O superstities esse, vt, legibus solutus, quæ de ipsius virtute nosset, euulgaret. Verùm D E O visum, triduum quàm I G N A T I V S oppetebat, Iacobum præripere. Quod factum I G N A T I I precibus esse, non absurdè est creditum. 145 Comparauit verò tantam sui ipsius cognitionem, vt annis compluribus, nulla inanis gloriæ cogitatione turbaretur: nec erat alia animi pestis, à quâ minùs timere se diceret. Etsi alioquin palàm est, ea lue afflari bonos subinde viros, & non è vulgo sanctos. Hactali demissione res ceteras omnes condiebat: Hinc illa vestitus, quamuis mundi, vilitas; hinc

pau-

pau
ten
esse
neb
ægr
ner
nor
teri
uis
tan
mo
sue
ten
me
lus
stir
aff
les
lau
eu
sua
ob
m
ru

pauper lectulus ; in idem victus
 tenuis, itaque modicus, vt cœnâ
 esse negares. Operam libens po-
 nebat in abiectioribus obsequijs;
 ægrorum præsertim lectulos ster-
 nere; & quoties de controuersia
 non planè liquebat, facilis in al-
 terius sententiâ abire. Ita quam-
 uis supra ceteros esset, omnibus
 tamen æquare se, infraque infi-
 mos ducere, non simulata man-
 suetudine solebat. 146 Traden-
 tem pueris Christiana fortè rudi-
 menta, obseruarat adolescentu-
 lus, minùs Italicè loqui: confe-
 stim admonet, cautiùs puriusque
 assuescat. Ille intempestiuo ado-
 lescentis officio nihil offensus,
 laudare studium, atque ordine id
 eum fecisse dicere; pergeret verò,
 suasque in Itala lingua mendas
 obseruatè numeraret; se ea, quæ
 moneretur, sedulò correctu-
 rum. 147 Magnū in primis mo-

destiæ argumētum fuit, cum tan-
 to opere desiderauit Societatem
 à IESV nominari; idque cum eam
 ob caussam, de qua supra docui-
 mus: tum vero etiam, vt ne suum
 illi Nomen præfigeretur: neue sui
 aliqua haberi mētio posset. Qua-
 re & familiam hanc MINIMAM ap-
 pellari: & tales sibi ipsis videri so-
 cios cupiebat. Quo eodē spectat,
 cum toties, tamque seriò pugna-
 uit, vt ne vniuersæ Societati præ-
 ficeretur: donec tandem iniecta
 religione ad prouinciam fuit ac-
 cipiendam coactus. Quanquam
 ne tum quidē ambitiosè retinuit.
 Nam vocato Patrum grauiorum
 cœtu, in annum CIO. IO. L. ingres-
 sus de se cōqueri: indubiè explo-
 ratum haberi, nulli se parti eius
 muneris, quod gereret, parē esse.
 Atq; in eam rem, Deum testatus,
 laborauit prouinciâ abire. Nos
 vero quibus familiariter vteba-
 tur, ita

tu
 le
 gi
 ef
 tu
 te
 co
 al
 vn
 fa
 do
 eff
 ad
 M
 mi
 lis
 nu
 for
 pa
 ue
 co
 hæ
 se
 rit

in-
em
am
ui-
um
sui
ga-
ap-
so-
at,
na-
æ-
cta
ac-
am
uit.
um
ref-
lo-
ius
ffe.
us,
Jos
ba-
itâ

tur, ita omnibus eum rebus pol-
lere sciebamus, vt magnis Reli-
gionum ductoribus documentū
esse crederemus. Ita nihil adeo
tum, ac ne postea quidē, re sæpius
tentata profecit: quod obstinato
consilio Patres respōderent, nulli
alteri, donec viueret IGNATIVS,
vniuersam rem permissuros. Ibi
falsus est mihi, se, cum nulli rei i-
doneus sit, impedimento tamen
esse, ne quis melior prouinciam
administret. 148 Ab hac IGNATII
Modestia, multæ aliæ primi no-
minis virtutes pullulârunt. Qua-
lis erat, qua se ipse, resque homi-
num fluxas despiceret: tum qua
fortiter laboribus occurrere; ac
patientiæ laudem, inter tam ad-
uersa infestaque tempora, ferre
conspiciebatur. Nimirum animi
hæc demissio est, solatijs indignū
se esse reputare; nec vllis imme-
ritò ærumbris lacessi: sed quanto

G 5

plura

plura perpetitur, tanto plurima
commeruisse credere. Nam & i-
psum hoc illi gaudium est, vide-
re mortalia quæuis in se ruere,
& poenas neglecti Numinis re-
petere.

149 Singulare deinde studium
adhibuit I G N A T I V S, ad motus
animi componendos: quo eam
ille tranquillitatem est consecu-
tus, quãtam nulla propemodum
euenta perturbarent. Homo na-
tura ceteroquin vehemens, & in-
genio erat præferuido; verùm ita
se tamen triumphauerat, vt mira
in vultu verbisque comitas, nihil
vsquã natiui ignis præderet; fri-
gorique potius ac languori ob-
noxium corpus trahere credere-
tur. Et si autẽ bilis imperum, qui
in vitium ferret, à se prorsus abdi-
carat; vim tamen eius, in rebus
arduis necessariam, apprimè re-
tinebat. Corpore sæpe à morbis
iniu-

iniurijsque malè affecto, eandem illi esse constantiam vidimus, neque si exteriora verterentur omnia, intus quicquam mutabatur. Ea que re tandem & corpus assuefecit, vt, quoad eius fieri posset, traheret colorē, quem ratio, non imperus, suafisset. Ægrè olim in lectulo iacebat; cūm monuit fortè Medicus, ne tristi se cogitatione cōfunderet. 150 Collegit animū: subductis que calculis, considerare cœpit, vllane re inquietari posset? Reperit vnicam: &, quid, si quo, inquit, infortunio Societas labefacta corrueret? Ea se vnà clade hactenus sēsit cōmotū iri: vt inter quartā horæ partē, si precari cōtigisset, ad animi quietem reditur^o sibi videretur: etiamsi in vmbre modum ea vanesceret: dū ne quàm ipse caussam præbuisset. Quod quàm moderati animi sit, in prōptu est cuius cognoscere.

ISI Neque sterilis hæc IGNA-
 TII virtus fuit. Nam sui despiciē-
 tia profuit ad DEI amorem pa-
 riendum : cuius ille singularem
 perfectionem obtinuit ; eamque
 ibi maximè prodidit, vbi maxima
 quæque eius amore erant perpe-
 tienda ; sciens, hoc olim Roma-
 num insigne, iam esse Christia-
 num, ET FACERE FORTIA, ET
 PATI. Sed ea, quæ quantaq; fu-
 erint, suprà licuit videre. Certè
 verò prædicabat, si vltu veniret,
 delicata omnia, quæque prima
 mortalibus habentur æstimari;
 tanti ea sibi nō fore, quanti car-
 cer iniuriæque fuissent, in DEI
 gratiam exanclatæ: Nec aliunde
 accidere tātum animo gaudium
 posse, quod eam æquaret volu-
 ptatem, quam in perferendis pro
 Christo conuitijs hausisset. Idem
 à Socio rogatus, Ecquam duce-
 ret omnium expeditissimam si-
 mul

mul & breuissimam viam, quâ ad optimæ vitæ conditionem eua-deretur? Qua aduersis, inquit, exercemur; Christiq; causa iugibus ærumnis fluctuamur. Et stude hanc, ait, tu gratiam inire: quam vbi acceperis, non solam habebis, sed multis alijs opibus comitatam. Hæc talia facere dicereque I G N A T I V S affolebat. Nobis interim plura charitatis, quâ in D E V M, qua in mortales, argumenta paruerunt. 152 Illuc enim referendum, hoc eius scitum; quo dicta factaq; omnia in D E I maiorem gloriam vertebat: non contentus, si nihil eius in gratijs faceret; nisi id etiam consequeretur, vt illi maioribus obsequiis gerere morē posset. Quare duarum rerum optimarum, eam semper complectebatur, quæ propius ad supremum Numinis honorē pertineret. 153 Iā, ab eodem

dem fonte extitit, illud, de quo supra memorauimus, vidēdi DEI desiderium: vt quoties in mētem esset, mortem cogitare, gauisus lacrimas nō teneret: Neque id eò solūm, quò summum sibi bonum fruendum acciperet; sed vt gloriam Christi, tantopere amati, corā intueretur.

Sub annum CIO. IO. XLI. mense Quintili, pro re nata dicentem audij: facta duarū rerum optione, vt vel confestim excederet, cœli securus: vel superstes aliquamdiu, sed non proinde certus degeret; in hāc se partem iturum esse, dum præclarū aliquod opere precium Deo facere interim liceret; periculo præ obsequijs contempto. Nam quis nostrorū, inquit, est principū: qui, oblata videns stipendia tantisper à milite differri, quoad plurib. illa titulis promereatur: non obstrictum se

cre-

mul & breuissimam viam, quâ ad optimæ vitæ conditionem eua-deretur? Qua aduersis, inquit, exercemur; Christiq; causa iugibus ærumnis fluctuamur. Et stude hanc, ait, tu gratiam inire: quam vbi acceperis, non solam habebis, sed multis alijs opibus comitatam. Hæc talia facere dicereque I G N A T I V S affolebat. Nobis interim plura charitatis, quâ in D E V M, qua in mortales, argumenta paruerunt. 152 Illuc enim referendum, hoc eius scitum; quo dicta factaq; omnia in D E I maiorem gloriam vertebat: non contentus, si nihil eius in gratijs faceret; nisi id etiam consequeretur, vt illi maioribus obsequiis gerere morē posset. Quare duarum rerum optimarum, eam semper complectebatur, quæ propius ad supremum Numinis honorē pertineret. 153 Iā, ab eodem

dem fonte extitit, illud, de quo supra memorauimus, vidēdi DEI desiderium: vt quoties in mētem esset, mortem cogitare, gauisus lacrimas nō teneret: Neque id eō solūm, quō summum sibi bonum fruendum acciperet; sed vt gloriam Christi, tantopere amati, corā intueretur.

Sub annum CIO. IO. XLI. mense Quintili, pro re nata dicentem audij: facta duarū rerum optione, vt vel confestim excederet, cœli securus: vel superstes aliquamdiu, sed non proinde certus degeret; in hāc se partem iturum esse, dum præclarū aliquod opere precium Deo facere interim liceret; periculo præ obsequijs contempto. Nam quis nostrorū, inquit, est principū: qui, oblata videns stipendia tantisper à milite differri, quoad plurib. illa titulis promereatur: non obstrictum se

cre-

quod
DEI
tem
ifus
d eò
um
glo-
co-
en-
di-
um
de-
ali-
tus
um
ere
ce-
on-
in-
vi-
lite
ulis
n se
cre-

credat, ad eadem illi vel conser-
uanda, vel etiam duplicanda? Et
principes igitur nostri hoc so-
leant; negliget DEVS? aut beati-
tudinem vtrique, sua causa dila-
tam, patietur amitti? Alius hæc,
inquit, deliria somniet: animum
ego inducere, vt hæc de Deo,
principe tam facili, credam, non
possum. 154 Subierat fortè repu-
tare, ecquis sibi sensus foret, si
quà infernis ignib. addiceretur.
Iuuat autem in hanc rem, ea ex-
scribere, quæ in membrana ipse-
met subnotarat. Duabus, inquit,
rebus defixus hærebã: altera, quæ
ibi supplicia mihi forent, luenda:
altera, quibus inibi DEI nomen
cõuitijs peteretur. Ac priori qui-
dem, nihilo moueri me, neque
terreri sentiebam; ceterùm, au-
dire illas diuinissimi Numinis in-
iurias, id demum magno me o-
pere sauciabat. E quibus verbis
haud

haud obscurū est arbitrari, quanto amore arserit, qui pœnarum inter pœnas oblitus, solius DEI iniuria percelleretur.

155 Huic eius virtuti proximus erat AMOR, erga ceteros mortales; in quibus DEVM ille assidue spectabat, & si ijs bono esset, per publicum decurrere nudis pedibus, ludibriis que onerari nihil cunctaturum se aiebat: Nec tam obsoletum corporis deformemque habitum fingi posse, quem vel vnus homuncionis causa recusaret. 156 Parisijs hominem compertæ libidinis, quâ mulierculam deperibat, sic post multa, quæ frustra fuerant, aggressus est corrigere. Qua transeūdū infelici amasio erat, insidias opportunè struit. Locum occupat, vndæ quæ gelidissimæ vadum: vbi collo tenus emersus, aduentorem expectet. Sequitur demum ille, & pessimi

fin
pe
vo
ser
si a
vel
tur
dor
ner
aue
tin
tum
cha
mu
pro
Sire
Qu
leho
ficij
157
buit
pedi
cess
qua

zioque furtim elapsus, Rhotomagum grauius laborare, capitifque discrimen morbo carnifice, adire cæperat. Desertus, ad patrem, cuius inuictum animum pernoctet, literas remittit; rogat, ad se properè inuisat. IGNATIVUS, ut si ab amicissimo inuitaretur, repentè se itineri accingere, Rhotomagum properare: Nulla neque cibi micâ, neque potus guttâ refectus, totum triduum hilariter currere, & miliaria octo ac viginti, nudis pedibus, inter preces, pro prædonis sui incolumitate contendere. 158 Alium quoque familiarem haud modico beneficio sibi Lutetiæ deuinxerat; qui deinde malè reddita gratia, iræ impotens, IGNATIVUM occidere moliebatur. Ei facinori patrandi attentus, iamque per scalas irrumpens; dum terrificâ voce, quorsum infelix rueret, appella-
 tur;

tur;
 cæd
 abie
 expo
 I G N
 Veri
 nim
 præf
 cum
 ret. l
 ante
 cool
 leue
 men
 com
 grafi
 stea
 lumi
 dice
 tant
 nior
 TIVS
 host
 coop

tur;

tur; plenus formidinis à nefariâ
 cæde se abstinere; atque ad pedes
 abiectus, & consilij sui rationes
 exponere ingressus, benignè ab
 IGNATIO amiceque accipitur.
 Verùm ea fuit insuper ingrati a-
 nimi pestis, quam crederes in-
 præsens ideo repressam, vt sapius
 cum illa IGNATII virtus dimica-
 ret. Nam in ea tempestate, quàm
 ante stabilita Societatis decreta
 coortam scripsimus, hic ipse haud
 leue ad inuidiam nostram mo-
 mentum attulit; calumnijs &
 commentis aduersus IGNATIVM
 grassando. Quanquam idem po-
 stea quæstionibus habitis, Ca-
 lumniator compertus, atque à iu-
 dice multatus est. Sed retinuit
 tantam, siue ille de Ignatio, opi-
 nionem, vt speraret; siue IGNA-
 TIVS, charitatem, vt rogatus ab
 hostib. eū inter socios demū suos
 cooptaret. Vbi malus hominis

animus rursus erupit, atq; à So-
 cietate missionem accepit. Hac
 amoris exempla ad externos perti-
 nuere. Suos multo etiam maiori-
 bus vinculis complexus est. 159
 Documentum fuit primorū So-
 ciorum vnus : qui Parisijs alle-
 ctus, graui mentis æstu agitaba-
 tur, vt proximè suam perniciem
 abesset. Recognita, IGNATIVS
 triduum totum impransus & in-
 cenatus, quin etiam impotus
 flere, Deoq; continenter perfli-
 tit supplicare; donec eum peri-
 culo exemptum, quieti restituit.
 160 Et alio item tēpore animad-
 uertens socium immodica liber-
 tate suctum, sibi que parum esse
 morigerum: vehementi dolore
 discruciabatur: secum reputan-
 do, damnum, quo Socius peri-
 sumibat. Inuit verò hanc sui ve-
 ciscendi rationem, vt prece atq;
 vberè fletu DEVM illi placare
 teret
 magni
 ret: c
 poter
 uerat
 Socie
 cepiss
 quod
 confi
 milia
 vitam
 narra
 ætate
 quam
 Quai
 tum c
 in DE
 incipe
 los c
 bat. I
 mnos
 pusille
 verò s
 cipuo
 tere

à So- teretur : tum etiam inter Sacra
 Hæc magnis cum gemitibus excusa-
 perti- ret: caussatus, mentis bonæ im-
 aiori- potem in præceptis ferri. 161 Resci-
 . 159 uerat alium adolescentem, de
 ū So- Societate deserenda consilium
 alle- cepisse; & causam subodoratus,
 taba- quod de noxiis olim patratis
 icie- confiteri erubesceret: adiit fa-
 ATIVS miliariter; suamque illi priorem
 & in- vitam liberè recensere exorsus,
 potus, narrauit, quàm inanibus studiis
 persti- ætatem traduxisset; quasque res
 in peri- quamque perniciosè amasset.
 tituit. Quæ illum narratione expugna-
 imad- tum cupiebat, vt posito rubore,
 liber- in DEI clementia niti adolescens
 in esse inciperet. Ceteros deinde singu-
 dolor- los curiosa sedulitate observa-
 outan- bat. Inde tenuiores fulcire, æru-
 is per- mnosis solatia suggerere: si quos
 sui ve- pufillo esse animo videbat, eos
 ceate- verò surrigere: & pro ægris præ-
 are de- cipuo studio excubare. Ea pro-
 tere-

H 3

pter,

pter, benè secum agi, dicebat, quod valetudine non optima vteretur: tali enim magisterio doceri se, quemadmodum alijs consulere oporteret. Vicentiæ quondam febris languebat I G N A T I V S; cum fortè affertur, Simonem Rodericum in Bassanis extremè decumbere, & capitali morbo attineri. I G N A T I V S illico sui oblitus, surgit socium inuisere: persecutus diale iter, tantum alacritate, vt ægrum comitem, P. Faber, vegetus valensque non cōsequeretur. 163 In illo præterea itinere, quod cum P. Iacobo Laine, faciebat, comitem maximis doloribus oppressum anxie fouit. Pecunia primum, quantum in stipe acceperant, iumentum conducit. Socio deinde venienti, ac paupere tunicula inuoluta, anteambulonem se dedit, mirè hilarem: itaque celerem, vt

Laine

Lai
diff
me
foc
que
164
nus
fet,
fet,
ne
fent
cti
adu
fimi
deli
nut
ad
faci
I
fuis
pos
Art
iuf
sey

Lainefio teste, currentem equus
 difficulter æquaret. Longe ta-
 men cum vidimus acriorem in
 sociorum nomine tuendo; in-
 que animi bonis procurandis.
 164 Tum deinde, si quos huma-
 nus etiam error transuersos egis-
 set, aut alius neglectus impedis-
 set, quàm primùm eos pœnitudi-
 ne duci, & factum corrigere velle
 sensit: ita continuo omnem deli-
 cti memoriã sepelijt, vt si nunquã
 aduertisset. Quo fiebat, vt suavis-
 simis affectibus socios sibi omnes
 delinitos, ad quoduis imperium
 nutumq; alacres haberet: atque
 ad profectiois ardua promptos
 facilesque duceret.

165 Verum non ita se comem-
 suis præbebat: quin vsu interim
 poscente, seuerus esse inciperet.
 Artificio enim mirabili, ad cu-
 iusque indolem, suauius modo
 se vehementiusuè agebant: illud

modestis: hoc contumacibus oportu-
 num ratus: cum neutris ta-
 men non amanter. Et si autem in-
 primis socios sibi cupiebat, quos
 in vtrumq; liberos iuxta pronos-
 que haberet: dabat tamen ope-
 ram, vt explorato eorum inge-
 nio, id aliis aliisque imperaret,
 quò spontè animi propemodum
 ferebantur: gnarus, difficile in
 paucis esse, quicquid reluctanti-
 bus animis tentaretur: nec vio-
 lenta ad senium peruenire. Sed
 nimirum longa, supra quàm me-
 morari possit, oratione sit opus,
 ad hanc optimi parètis virtutem
 germanè depingendam: quando
 & cetera hoc genus ornamenta
 sic vnus omnia habuit, vt si singu-
 lis studuisset: itaque singulis per-
 fectè claruit, vt palmam virtus
 alteri altera dubiã fecerit. 166 Nã
 & prudentia quædam singularis,
 ac pænè diuina, in legibus Socie-
 tati

tar
 ni
 reb
 cù
 ar
 cu
 ine
 ne
 ba
 cia
 leb
 inc
 tar
 da
 do
 ren
 ret
 16
 dib
 ne
 ne
 op
 pr
 pr

tati ferendis emicuit : & suam animus fortitudinem duabus in rebus præcipuè ostendit ; siue cum aduersa superare , siue cum arduis interritus niteretur occurrere. 167 Iam humanitas illi inerat ea, qua plerosque sibi omnes, & vel hostes suos obstringebat ; fractaque illorum peruicacia, quo quemque vellet, impellebat. 168 Si qua etiã laudabiliter incepisset, nullis difficultatibus tardari se sinebat, quin perfecta daret : Solitus eum in finem modos sedulo ac prospicienter quærere, quibus negotium expediret : atq; inuentis constanter vti. 169 Fiducia aduersus Deũ incredibile erectus, nunquam aliam, neque in carcere defensionem, neque ærumnis circumuentus, opem sollicitabat. Inde inter supremæ egestatis iniurias, cum præsertim sociis alendis omnia

H s defie-

defierent, cælo fretus, in speratò
omnia suppetere vidit. 170 Lin-
guæ non vim maiorem, quàm
moderationem ostendit. Et in a-
liis diiudicandis, aduigilabat
gnauiter, ne quem damnaret; ne-
ue de vitiis, etsi palam peruulga-
tis, aut loqueretur temere, aut
loquantibus auscultaret. Nam
prudenti quadam digressionem, ab
iis sermonibus diuertebat, qui
obtrectare vel vilissimorum fa-
mam videbantur. Hæc taliaque
IGNATIVM plurima commenda-
bant, quæ in aliis etiam singula
admirationem habuissent. Cete-
rum in studio precandi, necesse
habeo morari: quippe in ea vir-
tute, qua princeps quædã DEVM
inter atque hominem necessitu-
do coitur; & qua vna pleraq; cæli
dona in mortales corriuantur.

171 Inundari se deliciis inter
preces cum dissimulare non pos-
set

set IGNATIVS: modestè id sibi donum dictitabat concessum, miseris suis leuandis; velut, quem anni morbiq̄ue ad cetera fractum adepti solis precibus idoneum reliquerint. Sacris inauguratus, cum stas Ecclesiæ preces diceret, vberrimis lacrimarum gaudiis captus, ad verba pænè singula consistere, atque ex interuallo interiungere cogebatur. 17 Et oq̄; lacrimã di vsu iacturã pænè oculorum fecit. Sed pluris tamen cẽsuit, delicias cælestes retinere, q̄ oculorum cõmodis parcere. Donec medicorum cõsilio, ne valetudinem planè pessum daret, obtinuit à Numine ius in lacrimas cū laxã das, tum coercẽdas; nullo dispẽdio suauitatis. Quoties grauius rei momẽtum suberat, nunquã est solitus decernere, quibusuis rationibus duceretur; nisi de summa re ad Deũ prius retulisset.

173 Horis interdiu singulis, animū consuevit colligere, ac sepositis curis examine conscientiam vrgerē. Tum si vis afferretur, quæ horam ei consuetudini negasset, proxima confestim resarcire: Etsi nunquam ille quidē externis laboribus ad eū se impendit, vt interioris gaudij sensa amitterētur.

Quin potius assuefecit se, presens numen quibusuis in rebus spectare: atq; ibi, velut in commentario, cælestia legere: & inde se aliosque optimis præceptionibus erudire. Quem precandi modum vtilissimum rebarur: ijs præcipuè, quos pia quidem, ceterum humana negotia intentos haberēt. 174

Prius autem, quam ad diuina meditanda accederet, solebat parare seipse, atque omnem animum cōponere: eo cum ardore, qui per faciem diffusus, extima quoque inflammaret. Et quantulacunq;
ca

ea essent, quæ ad hanc DEI familiaritatem valebant: principe studio persequebatur: vt crederes eum DEO presenti assistere. Quod tum videre omnibus licebat: quoties discumbendum, aut à mensa recedendum cum precibus erat. Interea nullo strepitu quies precantis turbabatur, nisi cuius ipse causam præbuisset. A Iacobo quondam Lainefio interrogatus, super modo precandi: respondit: In cælestibus meditando AGERE verius quam AGERE. Quod absolutissimæ virtutis fastigium esse Theorici ascetæ tradunt. Nam in eum modum, Dionysius olim Hierotheum ait DIVINA PATI solitasse.

175 Sed præter alia inuitabatur ad hoc studium, magnis cælestium rerum ostentis. Nam in primo morbi discrimine, S. Petrum iucundissimi spectaculi pro-
cœnium

cemiū habuit: quod supra docuimus: atq; indidem cōualuit. Nec multō post vigili, ac, nescio quid, de castimonia tuenda sollicito, Cælitum Regina cum filiolo, inter mirificum splendorē se obiecit: ac gaudiis omnibus imbutum, timore statim fædarūq; rerū illecebra liberauit. Præterea manrelæ grauibus ac velut assiduis animi scrupulis cōpunctus: postea quàm Panicum metum debellauit, sublimium deinde voluptatū communicatione recreabatur. Et stabat fortè in gradibus ædis S. Dominici, pieq; diurnas preces magnæ Virgini numerabat: 176 cum repentè animus illi diuina luce collustratus, in sanctissimā Triadem cæpit aspectare; & quâdam eius rei imaginem felicibus etiā oculis impertire. Quare immodicis solatiorū imbribus per-fusus, nō singultus temperare, nō
 lacri

lacrimas potuit erumpentes ab-
stinere: & lingua diu aliud loqui;
& aliud cogitare mens requirit,
quã quod insperato vidisset. 177
Conatus aliis interim aliisque si-
militudinum vmbris, rei prodi-
gium explicare, audientes in stu-
porem rapiebat. Certè confestim
super illo argumento cõmentari
incepit; ab eo tempore nunquam
visus perspicuis cognitionib. de
natura, deque illo Triadis arca-
no destitui. Quin scriptum in ta-
bulis diurnis reliquit: pluriũ an-
norum studio, se ad luculentiorẽ
scientiam non fuisse euasurum:
neque maioris lucis in hac mor-
talitate capacem, quã quãtam
ab eo viso hausisset. Alio quoque
tempore, repræsentedatus illi est
modus, quo Deus orbem ex ni-
hilo quondam procrearat. 178
Tum in S. Dominici cœnobio,
cũ Sacris litaretur, ipsaque demũ
hostia

hostia attolleretur, claro mentis obtutu, Christum vidit, sub illo panis velo latitatem. Quem eundem & alibi sepè ac diu, exterioribus oculis: vii & beatissimam eius Matrem Virginem habuit inrueri. Neque Manresæ id solum, sed in suburbano etiam Parauij ac Hierosolymæ, locisque compluribus. Olim Manresa egressus, templum petebat, quarto inde lapide dissitum. 179 Ibi interiuncto itinere, consedit propter amnem in crepidine, ac, defixis in vndas oculis, irradiari cæpit insolenti luce: neque vlla imagine occupatus, fidei quædam arcana, disciplinarumque scita penitissimè cognoscere; vt proinde quæ ante vidisset, tunc ei lōgè diuersissima videretur. 180 Sed illud fuit haud paullo memorabilius, quod itidem Manresæ contigit. Die quodam Sabbato, sub horam vltima-

tin
fe
od
sep
di
de
nil
ter
ea
vt
tu
I
co
qu
xe
ce
no
me
cul
ob
cr
cij
mi
S. c

timarum precum cunctis destitui
 sensib. cæpit; & exanimis per dies
 octo continuos iacere: nihilo ab
 sepulto diuersus, quã quod cor-
 dis leuiuscula quædam pauitatio
 deprehendebatur. Ceterum om-
 nibus in rei euentum erectis, al-
 tero deinde Sabbato, circiter
 eandem horam, recludit oculos:
 vt si placidissimo somno soluere-
 tur: & inter suauissimos affectus
 IESVM leniter appellat. Quod
 compertum nos ex iis habemus,
 qui testimonium in eam rem di-
 xerunt; quiue de præsentibus ac-
 cepere. 181 Non fuit infra hanc
 nobilis illa ostensio, de qua olim
 memorauimus: cum sacram ædi-
 culam ingresso, DEVS se Pater,
 obiecit: Christusque in humeris
 crucem gestans, blandissimè, So-
 cijs Romæ propitium fore, pro-
 misit. 182 In Casinati monte, vbi
 S. olim Benedictus vidisse prodi-

Cur animam S. Germani, inter cę-
lites euehi: vidit & I G N A T I V S
Baccalaureum Hozium cęelum
petere: qui nuper se ei Sociũ Ve-
netijs adiũxerat, ac tunc Patauij
cum Patre Ioanne Codurio cu-
rabat. 183 Pro ipso item Codurio
operaturus ibat I G N A T I V S ad
S. Petri: quod cęnobium in Pro-
montorio dictum, atque in tran-
stiberina regione situm visitur.
Iam Sixti pontem insistebat, cum
hũc vidit, quem dixi, Codurium
refulgentem in cęelum abire: &
conuersus ad Baptistam Violam,
suum tunc comitem: iam exces-
sisse Codurium, asseuerauit. Rem
mihi pòst ipse Baptista retulit,

184 Pater fuit quidam Leonar-
dus Kesselius, gente Belga, vir in
Societate veteranus, ac diuinis
impensè deditus: quem ego me-
mini Coloniae videre: in qua vr-
be, prima is posuit Collegij fun-
damentum.

da
ctu
cla
vrg
di.
co
fic
loc
nia
ta.
fic
gi
lin
fu
ab
stia
uit
vig
illi
uis
co
dit
qu
fec

damenta, socijsque diu Præf-
 ctus, magnæ sanctitatis fama in-
 claruit. Hunc talem virum vetus
 urgebat cupido I G N A T I I viden-
 di. Eam in rem litteras exarat,
 copiamque flagitat Romam pro-
 ficiscendi, eiusque visendi ac col-
 loquendi. Abest Vbiorum Colo-
 nia passuum plus millia nongen-
 ta. Ad quæ postulata I G N A T I V S
 sic rescripsit, vt expedire Colle-
 gio non putaret, si quæ Rector il-
 linc decederet. Et hanc esse DEI
 siue prouidentiam, siue gratiã, vt
 absque longinqui itineris mole-
 stia inter se possent videre. Quie-
 uit Leonardus: & tandem, ecce,
 vigilanti sentienti que, Beatus se
 illi I G N A T I V S Coloniae impro-
 uisò stitit: atque aliquamdiu
 commoratus, ex oculis rursus
 discessit: eo adhuc tempore,
 quo Romæ vitam degebat. Af-
 fecit huiusmodi spectaculum

haud leuibus gaudiis P. Leonar-
 dum, cuius desiderio ita nouè sa-
 tisfactum esset. 185 Adhæc, Bar-
 cinone quondam Ioannes Pas-
 qualis, Agnæ F. ibat more, vt Sa-
 cris ad S. Eulaliæ interesset: Ei
 tunc idem IGNATIVS, sed ante
 annos iam aliquot functus, pro
 summo altari se ostendit. Ioan-
 nes repentè, vt ad familiarem,
 AH PATER MI, exclamare: iamq;
 adeo, ceu complexurus accurre-
 re: Verum ei I G N A T I V S manu
 abnuere: neue accederet, prohi-
 bere. Simul videri desit. Alia, ta-
 libusque haud absimilia, possent
 commemorari multa: sed nos
 prolixiora exosi; plerisque super-
 sedere decreuimus. 186 Nam is
 etiam ipse, adeò nihil tribuebat,
 vt, quamuis circumflueret his
 cæli deliciis, inter Sanctitatis ta-
 men testimonia, eas nunquam
 numeraret. Magis animi. Mode-
 stiam

stia
 des
 can
 sole
 virt
 hor
 De
 I
 iam
 un
 bit
 bel
 qua
 sun
 der
 Ioa
 ter
 era
 cù
 ho
 189
 reu
 no
 sta

stiam mirari : patientiam sui que
despectionem laudare : tum pre-
candi studium , & sui domandi
solertiam : taliaque inter veras
virtutes ducere solebat. Alia in
hominum ore illustria esse ; quæ
Deo non perinde æstimarentur.

187 Ab hac IGNATII luce, et-
iam radii in partem corporis ex-
undarunt ; quos sæpenumero ar-
bitri conspexere. Id quod de Isa-
bella supra narratum voluimus :
quæ eum inter puerulos pro arâ
summa confidentem , radiare vi-
derat. 188 Idem alio tempore
Ioâni Pasquali visum : cuius ma-
ter domicilium IGNATIO præbu-
erat. Loiolæ idem alij viderunt :
cùm illuc ex Gallia regressus , ad
hospitalem domum diuertisset.
189 Romæ deinde Philippus Ne-
reus , auctor Oratorij , magna &
nota sanctitate vir , læpius spe-
ctasse eum se aiebat , fulgenti-
bus

bus radijs, multoq; capitis splendore coruscantem. Quo teste libentius hic utimur, quanto maiorem illum, & sanctiorem scimus: quodque nobis eum familiariter notum habuimus: & à quo denique tantos Roma fructus reportauit. Is verò addictissimum se S. IGNATIO filium gerebat: solitus ad ipsum consilij petendi recurrere: & in aduersis in idem solatia quærere. Quæ ipsi abundè, simul illum intuebatur, suppetebant. Decessit hîc DEI seruus, CIO. IO. XCV. VII. Kal. Iun. coluntque eius memoriam festis gaudijs posteris. 190 At multò illud est memorabilius, quod Alexandro Petronio cõtigit, Medico Romæ celebri, & inter IGNATIUM amicos singulari. Decûbebat olim graui valetudine impeditus: inq; cubili, ob valuas obseratas, obscuro. Hunc post quàm inuisit

IGNA-

IGNATIVS: relucere diæta nouis
splendoribus visa, obstupescit
ægrum: vt scitari subigeretur: ec-
quænam, & vnde illiusmodi lux
existeret, quam conspicaretur?
Inter quæ confestim æger conua-
luit: idque IGNATIO præsentî ac-
ceptû tulit: etsi clâ habere voluit
donec viueret IGNATIVS. Post
deniq; rē vniuersam detexit, ma-
gna cum defuncti existimatione.
Nec alibi aliud factû. 191. Nā &
Ioannes Pasqualis, eū Barcinone
inter preces sæpe sublimen vidit,
atque tres amplius aut quatuor
dodrantes ab humo elatû, in aëre
ferri, & identidem hæc secum
quiritantem; O DEVS MI, Ô ME
DOMINE: SI HOMINES TE AGNO-
SCERENT!

192. Vaticinio insuper clarus,
præsentit prædixitq; res multas,
quàm fierent. Iturum fortè Hie-
rosolymã adolescens annos nat^{us}

xviii. Ioannes Pasqualis comitabatur. Quem ille reuerti iussum, admonuit, matri vt inseruieret: tum fore, vt vxore ducta, liberos procrearet, multisque ea propter laboribus exerceretur. Meminisset solùm, forti animo constantique perferret. Addidit deinde alia: quæ omnia haud aliter quàm ostenderat, euenêre. 193 In Belgas aliquando è Gallijs transferat: stipem ibi à gentilibus Hispanis coactum, qua cæpta litterarum studia persequeretur. Antuerpiæ tunc inuitatus, cum apud institorem pranderet, conspexit in ceteris vnum: defixisque oculis aliquamdiu hæsit. Is iuuenis erat, & Petrus Quadratus Medina vocabatur. Hunc iussit iuuenem ad se accedere: docuitque, magna olim ab eo beneficia in Societatem manatura: Idcirco ineundam tanto antè tempore cum

eu
qu
be
cie
no
ne
po
M
pi
ab
M
ter
liq
rel
mo
br
no
ing
ter
ha
tu
rie
pe
ipl

cum eo necessitudinem. Sciret
 quippe ille, haud nihil Deo se de-
 bere, quem condendo olim So-
 cietatis Collegio, designasset. At
 nondum coalita erat Societas:
 nec tamen fefellit. Nam longè
 post ipse, eiusque vxor Francisca
 Magna, Collegium Medinæ Cam-
 pi fundârunt. 194 Quo tempore
 abiisse eum Vicentiâ diximus, vt
 M. Simonem in morbo fluctuan-
 tem inuiseret: secessit in preces a-
 liquam diu; comite propter viam
 relicto. Atque ibi diuinitus de Si-
 monis valetudine edoctus: Fa-
 bro comiti suo: æger iam, inquit,
 non morietur. Ita in oppidum
 ingressus, ægrum amplectitur: in-
 terque eos complexus, bonam
 habere mentem iubet. Nam hac
 tu, inquit, ægritudine non mo-
 riêre. Et cum dicto conualuit re-
 pente Simon: Quod hic alijs est
 ipse fassus: & ex Fabro postea

Laines accepit: qui rem denique mihi aperuit. 195 Eo ipso in loco fluctuabatur Sociorum unus, deque mutando vitæ genere secum deliberabat, anceps, vtrum duorum præstaret, apud anachoreten, qui in suburbano incolebat, degere: an cum IGNATIO plurimum salutis consulere. Iam eius consilij capiendi, ad hominem adibat: cum ex itinere, monstris, ac nescio quibus spectrorum laruis exterritus, ad IGNATIVUM continuo recurrit. Qui, arcano socij diuinitus percepto: subintranti MODICÆ, inquit, fidei QUARE DVBITASTI? Atque iis illi verbis, omnis fuit dubitatio exempta. Nam propositum deinde tenuit, atque ad extremum spiritum perseverauit. 196 Romæ Stephanus etiam Baroelus homo Italus, recens in societatem adscitus, vitæ iam suæ

sua
inf
sis
TI
in
tab
nif
gra
hi;
occ
gro
con
tan
toso
stite
Arr
cinc
nis
rare
rite
uiar
Cæl
tem
dera

suæ desperabat, ob pertinaciam
 infesti morbi, medicis adeò ip-
 sis conclamantibus. Abit I G N A-
 TIVS, & pro eo litare ad S. Petri
 in Promontorio festinat. Comi-
 tabar tum, vt sæpe, & facienti mi-
 nistrabam. Omnibus peractis,
 gratijsque more habitis, ille mi-
 hi; Stephanus, inquit, noster non
 occumbet. Vidimus confestim æ-
 gro melius esse; eumque dein
 conualescere; post in terram Lusi-
 taniã, post in Italiam redire, mul-
 tosque annos in Societate super-
 stitem sancte degere. 197 Doctore
 Arroiram nobile virum, & Bar-
 cinone clarũ, paucisq; ab hinc an-
 nis Catholici Regis legatum, nar-
 rare mihi nemini, quam familia-
 riter I G N A T I O vsus fuerit. Et ob-
 uiam eum, inquit, Romæ ab Ara
 Cæli habui, manu literas gestan-
 tem (quas Franciscus Borgia de-
 derat, Gandiæ dux, & pro Rege
 Cata-

Cata-

Catalauniæ , perque id tempus
 matrimonio vinctus :) Ibi in me
 intuens , quis crederet , inquit,
 hunc principem , qui hæc scri-
 psit, Romam olim venturum, no-
 stramque familiam ducturum? Id
 quod deinde functa coniuge,
 factum. Quippe Societatem in-
 gressus , longè post Generalis re-
 nunciatur. 198 Idem hic Michael
 Arrouira , iuratus pro testimonio
 dixit; adolescētem se , ac de insti-
 tuenda vita dubium , denique
 uxorem ducere decreuisse: Idque
 consilium etsi omnibus clam ha-
 buerit , ad IGNATIVM emanasse.
 Qui ei , scire se illius arcanum,
 ostendens : atque , ô quomodo
 flebis , inquit , quasque in mise-
 rias te videbis præcipitem isse!
 Quæ examussim omnia contige-
 re. 199 Alias Agnam quoq; Pas-
 qualem è viuis exiisse, IGNATIO
 Romæ nunciabatur. Et rogatus,
 pro

pr
 id
 fig
 de
 tes
 in
 Pa
 Co
 Ec
 ne
 qu
 no
 de
 nu
 fic
 qu
 ro
 Vi
 an
 na
 im
 cu
 Re
 no

pro ea preces nuncuparet : prius id se comperisse, quam litteræ resignarentur, respondit: eamque de cetero sui securam inter cælitates iam incolere. 200 Paulus deinde Pontifex tertius, Collegio Patauino addixerat reditus à Cœnobio S. Magdaleneꝝ annuos. Eo in negotio curabat fortè Veneriis Laines, & compertis vndique difficultatibus, magnique nominis aduersariis absterritus, dedit ad IGNA TIVM litteras: monuitque vt pro re desperata sacrificaret: nam humanæ opis reliquum nihil videri. Gessit morem roganti Pater: ipsoque Magnæ Virginis natali fecit: & bonum animum habere iusso, rescripsit: nam id pro certo, quod vellet, impetrasse. Octaua dein' luce, cum omnium admiratione, quos Rei illius publicæ consuetudo non fugeret, res habuit euentur.

201 Hanc

201 Huic eidem Laini fore prædixit, vt sibi successor, in summa Societatis prouincia, daretur. Hieronymum quoque Natalem cum Ludouico Consato in terrâ Hispaniã iturum, iusserat quam primùm conscensa nauis soluere: habituros expeditam nauigationem. Nec aliter accidit: & hieme ipsa feliciter traiecere. 202 Haud minor difficultas Collegiũ Germanicum premebat: sed idem deuentu vaticinium. Quippe laborabat vltima penuria, nec allucebat vsquã subsidii spes. Quare de purpurato senatu aliqui monere patrem, cæpta ommitteret: nullo consilio rem tam difficilem continuaturum. Negare interim ille, atque in proposito perseuerare: quin etiam breui futurum dicere, vt Collegio rebus omnibus abundè prospiceretur, neque egestati locus esset. Secu-

tus est inde Gregorius XIII. qui
 iis opibus locupletavit Colle-
 gium, vt nulla re hodie videatur
 indigere. 203 In altero itē Colle-
 gio, quod Romanum appella-
 mus, istis haud dissimilia conti-
 gere. Nam necessitatibus tene-
 batur, quantis vt humanitus li-
 beraretur, fieri posse vix crederes.
 Sed abiecit se in preces Pater:
 iussitque otiosos ab hoc metu
 nos esse: DEVM paucis post men-
 sibus prouisurum. Id quod co-
 piose, nec aliquando sine mira-
 culi specie factum. Donec no-
 uissimè idem Pontifex redditibus
 suis illud stabiliiuit. Talia presen-
 sit compluria, prædixitq; ita,
 vt futuris I G N A T I V S
 nunquam falle-
 retur.

R E S



S. IGNATIVS.

Ægros miracula
fanat.

EXtento pede saucius propinquū
Iā LOIOLA ruebat in sepulchrū;
Cū PETRI manus improbā remouit
Asserto procul à Cliente PARCAM.
Hic ager simul ac reuixit, agros
Secum surgere iussit: & malarum
Quosuis cedere FEBRIVM calores,
Et cacas OCVLIS abire noctes:
CANCROS serpere; liuidasque tabo
LETHALI vetuit nocere PESTES.
Quid morbus docuit? Iuberet ÆGROS
Nullos surgere, ni fuisset ÆGER.

R E S

R

M

E

lis

scri

rari

esse

que

vitā

lati

mira

tati

se di

illa

cum

patr

ram

testi

RES à S. IGNATIO

GESTÆ.

MIRACVLA.

EXIMIIS IGNATIVS quâ in vî-
 tâ, quâ post mortem, miracu-
 lis inclaruit. De quibus partim
 scripturi, monemus, omnia nar-
 rari haud facile posse; nâ prolixi
 esse, nimio studeamus. Ceterum,
 quod memini in postrema eius
 vitâ, quâ anno CIO. IO. LXXII.
 latinè vulgavi, breuiter me hæc
 miranda attingere; aut ea sancti-
 tati declarandæ necessaria nō es-
 se dicere: hîc mihi consilium est,
 illa nunc, etsi non sanè omnia,
 cum curâ persequi. Quippe quæ
 patrata tunc priuatim compere-
 ram; ea instrumento iam publico
 testibusque firmata, rectius con-
 scri-

K

scri-

scribentur. Ijs igitur omissis, quæ supra sunt perscripta: illa etiam, quæ inter ostenta, aut vaticinia, idque genus alia habentur, hîc nihilo magis memorabuntur.

Principio magnum eius imperium in Genios valuit: 204 qui de odio in IGNATIVM nō obscure confessi, magnis sæpè tempestatibus ne quicquam detonuere. Nam Manresæ in venustiori schemate certatim illudere parabant incauto: quos tamen agnitos prior ipse dexteriorque eludebat. Post in itinere, actum Parisijs, tum Romæ mutatis ludibrijs deformes oppidò, & fœdissimi spectri imagines induerunt: quib. ille ita nihil territabatur, ut scipione cōtemptim eos peteret; veluti canes exarmatos, aut sordidas feles abacturus. Compluri dein' inter pauperum centones

affiden-

affi
stra
20
ten
cib
mo
IES
bis
die
rau
dor
gio
per
hab
qui
iace
Ma
bor
iam
furo
206
aud
non
furo

affidentē suis illū terroribus frustra adorti, semper succubuere.

205 Eundem & Romæ dormientem institerunt strangulare, faucibusq; interceptis spiritū elidere: mox profligati, cum suauissimum IESU nomen eluctātibus ille syllabis expressisset. A qua contētiōne dies deinde multos vehemēter irraucuit. Cubabat olim in lectulo domi, cū repentē irruere Orci legio flagrisq; ac plagis circumstrepere, eumq; pessimis cæpit modis habere. Inaudit Ioannes Paulus, qui pro eius cubiculo in vicinia iacebat: is, qui mihi rē narrauit. Maturat proinde surgere, atq; laborāti suppetias ire. Verū illū aliam ope defensum, neq; telis aut furori stygio penetrabilē inuenit.

206 Anno CIO. IO. XLI. ipsemet audij Romæ Cacodæmonem ad nomen I G N A T I I impotentius furentem. Vexabat is crudeliter

K 2

Mat-

Matthæum quendam adoleſcentem; vetueratque, ne quis IGNA-
TIVM ſibi appellaret; illum ſe
principem in hoſtium numero
ducere. At eum IGNATIVS iue-
nem allocutus, ſecum in intimas
ædes abduxit, incluſumque mox
libertati confirmavit; quem vi-
dimus nos denique in familiam
Camaldulèſium reſcriptum. Hoc
ipſum Drepani in mulieris obſi-
dione Dæmon; hoc & Patauij ex
militis hoſpicio reſpondit. Ad-
duxerant olim fœminam in qui-
lino huiusmodi quadriennium
habitata; obteſtati, vellet iube-
retque monſtrum excedere. Ne-
gavit ſacris ſe inauguratam, vt
cœleſti carmine hoſtem euocaret;
nec ijs hominem virtutibus eſſe,
vt tantum ſibi ſumeret. Preces
tamen, quod vnum poſſet, fuſu-
rum. Fudit; & fœminam exinde
liberam dimiſit.

207 Anno MD. LV. sub Lau-
retani Collegij initia, Oliuerius
Manareus loci Rector, vir reli-
gione ac famâ notus, hodieque
in Belgis superstes; magnos ibi
memorat motus interdium noctu-
que ab eiusmodi hostibus exci-
tos; quibus studuerint, iâ ingenti
strepitu incolas confundere; mox
formis alijs alijsque se vestire, ac
iam Æthiopum atrore formida-
biles occurrere; iam canum felium-
que habitus ementiri; tum cuius-
uis belluæ foeditatem repræsen-
tare. Quo fiebat ut nullum socijs
tempus ad quietem relinquere-
tur. Omnibus igitur tentatis, quæ
Collegio lustrando essent; minus
nihil profectum est. Sed & sacri-
ficia & piacularis vnda, & diui-
norum carminum vires, & Lipsa-
na cælitum, ac mille talia, frustra
fuere. Coactus importunitate
Oliuerius, IGNATIUM rei cer-

K 3

tiorem

tiorem per litteras fecit. Cui ille
ita rescripsit, vt cum preces in
eam rem polliceretur: tum ani-
mo erectum, expectare iuberet
obsidionis solutionem. Oliue-
rius receptis literis, familiam co-
git, & palam, in quæ verba IGNA-
TIVS rescripserit, ostendit. Res
mira dictu! vt si omnis infero-
rum vis elanguisset, ita post re-
citata[m] epistolam omnia mo-
mento placata, nullius turbæ ve-
stigia reliquere.

Hæc IGNATIO viuentem etiam
num ac sentiente facta: ab eius
excessu plura. 208 Nam Drepa-
ni mulierem distinebat insolens
hospes. Eum inter euocationes
legitimas rogari Ioannes Vega
Siciliæ Prorex iusserat, vbinam
IGNATIVS noster degeret. Ac
fortè is tum obierat, read exte-
ros nondum vulgatâ. Nihil tergi-
uersatus, excessisse illum respon-
dit.

dit: atque hostem quidem suum
 fuisse: ceterum in cælo locum in-
 ter Dominicos & Franciscos, Re-
 ligionum conditores, inuenisse.
 209. Anno postea CIO. IO. LXI.
 virginem Senis adolescentulam
 noui, egregiè probam & candore
 animi insignem: Iacobam Prati
 dixere. Ea nobili færninæ ancil-
 labatur, antistitis Senensis amiteq;
 atque interim afflictata, assiduis
 inferorum spectris; & flagris sub-
 inde concisa, mirisq; modis cru-
 deliter exercita, prodibat. Ipsos
 annos duodecim valuit intempe-
 ries: nec modus interim, qui ma-
 lo pellendo esset, apparebat. Cæ-
 pit denique S. IGNATHI iconem
 gestare. Enimvero compertum est
 continuò quanta paruulæ rei vis
 inesset. Nam manus Tartarea re-
 dire quidem, atque oculis sese e-
 minus ostendere: hostēque illum
 suum clamare: & icona proijcere
 iubere:

iubere; aliaque plura furere. Sed in ea tamen velitatione, nemo erat hostium qui propius accederet, pedemque cum puellâ cōferret. Ac ne prouocari quidem, ut impetum facerent, quicquam potuere. Obiectâ verò imagine, ora deformia abdere, hancque oculorum iniuriam queruli deprecari audiebantur. Sed subegit puellam cupiditas, experiri; istac sua immunitas, hostiumque terror ab imagine pronasceretur, an aliunde existeret? Ita posita iconē, se temerè exarmat: cōfestim quanto id suo malo fecerit, sensura. Nam irruere totē in illam cōfestim acies: ac plagis atrocibus sequi, puellamque instituerunt vique immaniter cedere, uti potuerit pro mortua conclamari. Inde qua ope muniretur edocta, cautius, ne quā vnquam destitueret imaginem, obseruauit. At illi va-

no

no fremitu circum parietes atque cistas errare; ea semper intacta, in qua item eius idea asseruabatur.

210 Nec multò aliud ludi Anconitani Magister, & malum habuit, & mali remedium inuenit: Nam anno *CIO. IO. XCIX.* pestilentem eius domum occulti lemures fecerant; ac velut iussi cubiculum verrere, lectulum componere, lucernam instituere, gnauius primò studuerant: mox ijdē capta pænitudine omnia rursus euertere, ac conspurcare. Sed illata *S. IGNATII* icone, repenti exanimati omnes hoc genus verne; extrà pro cubiculo strepere, quatere fores, claudereque valuas, & intempestiuè tympana ferire perseuerabant. Denique & hic defixa imagine, omnis ædium inquis conquieuit, hominiq̄ue constans otium mansit.

K 5 211 Ro.

211 Romę præterea VIII. Id. Iulias
 anni CIO. ID. XLVII. quo tempore
 Cacodæmon in sacra vr̄bis æde,
 deuotionib. vr̄gebatur; ingres-
 sus est eodem P. Baptista Perus-
 cus noster, vt precaretur. Is pro-
 pectore lipsanotheculam appen-
 sam gestabat, quã, præter ceteras
 Cælitum reliquias, etiam I GNA-
 TIANÆ ferebantur. Hic ad Pri-
 mum Patris ingressum vocifera-
 tur Genius, se vero vstulari ab ea
 re, quam Pater intulisset. Et pro
 imperio iussus edicere, fatetur
 cineres I G N A T I I esse, qui ma-
 gnus Numinis seruus Societa-
 tem I E S V condidisset: additque
 Sanctum illum inter Superos de-
 gere; orbi ignotum adhuc, breui
 tamen in cælites palam referen-
 dum. Iniecit Peruscus Lipsano-
 thecam in collum mulieris: mox
 eiulare hospes malus, & ab iis se
 cineribus vri professus, ex huma-
 no corpore excessit.

212 In maiori Balearica fæminã
vndecim nõ minus annos malus
itẽ dæmon miserè infestarat, per-
petuumque & ludibrium illam &
supplicium dederat. Manus illi
iam in parietem exercere solitus,
caputque muris illidere : iam in
aera sublimem ferre : modo ita
grauem humi defigere, vt validis-
simi quique digitum à terra leua-
re non possent. Repentè cum ca-
nibus latrabat, aut etiam in por-
cum grunniebat. Ad hæc impos
fui fæmina, sæpe sæpius spumas
toto ore egerebat : spectaculum
lacrymis prosequendum : & quod
tristissimum erat, deerat morbo
medicina. Sub extremum deni-
que Augustum añi cio. io. xcviij.
Ioannes Pe Sacerdos, IGNATII
syngrapham intulit, mulierique
sensibus iam omnibus destitutæ,
imposuit. Quæ confestim cæpit
insolentius moueri, editisque
toto

roto corpore miræ rei indicijs,
impotenter insanire; Sed mox in-
ter eos gestus migravit obsessor,
& liberam incolumemque femi-
nam omisit. Hic illa de frequen-
tia paullùm seducta, gratias Nu-
mini persoluit pro libertate per
IGNATIVM recepta.

213 Puellam quoque in agro
Senensi, Vlnam, Gratiano Gala-
tio genitam, anno xxcix. eadem
spectra vehementer perturbaue-
rant. Nā crebra illi occurfabant,
atque ad flagitium infame cum
perpellere non possent, atrociter
multabant: plagarum vibicibus
in contuso corpore relictis. Petijt
illa reperitq; in IGNATII imagi-
ne tutelam.

214 Sed annus proximè sæcula-
ris c. 10. c. tragicæ rei multò
grauissimum spectaculū præbuit.
Seriem eius perscriptam, ego in
compendio hîc quàm verissimè
potest.

potest, commemorabo. Mutinæ
quatuor degebant sorores, nobi-
li loco, & claro genere puellæ:
earum vna nuptui data, reliquæ
Virgines perstitere. Hæ omnes
cum Virgine consobrina, com-
plures annos infanda quædam
ac deploranda stygis ludibria per-
petiebantur. Erat hostium a-
cies ingens, & assiduis iniurijs in-
tenta. Sed puellæ plerumque æ-
græ decumbebant; à morbo,
medicis omnibus iuxtà nouo ac
desperato. Hæ interim sublimes
attollebantur, vt ab alto præci-
pites agerentur; interim pene-
tralibus intimis inclusæ carpe-
bantur, lacerabanturque. Non
vestes illæ, non capillos, non cor-
pora integra retinere; neque ad-
eò cauere poterant, quin terræ
inter salutis capitisque discrimen
afflictarentur. Quin etiam
vapulare prius non desiere
quàm.

quàm excita strepitu familia, superiarum innocentia accurreret. Pollebāt alioqui non exiguis virtutibus: illæ, inque honestâ gente educatæ, optimis moribus formabantur. Tamen ea fuit hostium licentia, ut verba cogentur impia & tetra in Superos conuitia spargere, vimque eas oporteret sibi incredibilem afferre, si quando ad preces, Dei que laudes aut dicendas aut audiendas accederent. Sacris vero assistere, ea demum res extremi supplicij credebatur. Ibi humi exanimes iacere: ibi rursus immanè vociferari, nullisque prope consilijs retineri posse. Quoties super noxijs confiteri decretum esset hic lingua titubare, verba hærare, vires animusque miseras deficere: ipse in iniuriam sacrorum linguas fædum egere: & , qua vnâ re præcipuè sollicita-

lici
ne
ri.
cit
spe
sta
cul
cre
co
hæ
illa
qu
qu
tue
dib
nit
cie
me
ge
fell
dit
hil
cæ
Sac

licitabantur, impuris facibus honestus virginum animus vstulari. Nec Cacodæmones sacro iure citati diffitebantur, id se vnum spectasse, vt puellas, erepta honestate, in animi corporisque periculum impellerent: verum, quod crebro SACRAMENTORVM vsu consuessent, frustra se fuisse. Ad hæc parum habuere scelesti, solas illas turbare, nisi cæteram quoque familiam lacefferent. Nupta quippe filium alebat menses quatuordecim natum; quem se, ludibrio matris, occisuros minitabantur: diemque cædi faciendæ constituerunt. Cetera mendaces, hic solum cum ingenti domus luctu, in nullo fefellerunt, DEI occulta hæc & abditæ cõsilia fuere. Interea loci nihil cessatum est; & vndique opem cælestem accire multi laborarunt. Sacrificia, preces, lustralis vnda.
Cæli

Cælitum Lipsana , euocationes
 legitimæ, aliaque omnia religio-
 ni concessa, nihil profecerunt.
 Denique Sacerdotum proborū,
 & ascetarum insignium cœptis
 diu fatigatæ; ad Lauretanæ ædis
 incunabula , aliaque loca, tro-
 phæis contra inferos inclyta, ne-
 quicquam deportantur : nempe
 DEVS alium huic morbo medi-
 cum destinârat. Audiit rem eius
 Collegij præses, & infelicitatem
 Virginum miseratus, constituit,
 re ad DEVM relata illas accedere.
 Ità secum effigiem IGNATII, qua
 magnopere afficiebatur, defert
 & cubiculum ingressus, vbi Sa-
 cerdotis imperio tum inferi exa-
 gitabantur, suspendit de parie-
 te, quam dixi, imaginem; sup-
 plexque, in preces incumbit. Ecce
 autem nondum, quid ageretur,
 edixerat; cùm stygij cæperunt in-
 quilini cōclamare, & barbaro stri-
 dore,

do
 est
 tis
 re
 ve
 ce
 à S
 gla
 fu
 ro
 fiff
 ap
 qu
 ob
 qu
 par
 ian
 Inc
 mu
 rur
 ter
 luc
 ad
 riu

dore, eam vero imaginē IGNATII esse dicere: seque ab ea vehementissimè torqueri. Inde impatienter conuitijs illum carpere; & velut depilem claudumque incessere. Causam conuitij aperire, à Sacerdote coacti responderunt: glabrionem & rariori barbitio fuisse: & inæqualibus tibijs alteroque crure debilitatum, incessisse. Cetera verò cæcipientem appellasse, ob vberes lacrimas, quibus oculorum aciem visus sit obtudisse. Malo deinde suo factū querebantur, quod ex vltima Hispania ad cruciados se viuēs olim, iam etiam functus occurrisset. Inde ex vnus corpore multi simul exturbati eam solo affligerunt. Secundum enim visa est ceteris etiam sororibus spes opis allicere. Quare tota domus simul ad IGNATIVM versa anniuersarium eius peruigilio ieiunium

L

nuncu-

nuncupat; & diem insuper natali-
 lem festum sibi fore. Eo tempore
 Roma profectus Augustinus Vi-
 uadus noster, Sacerdos, Mutinæ
 pro Concionatore futurus: attu-
 lit secum Lipsanothecam, in qua
 cum alijs & IGNATIANÆ reliquię
 condebantur. Hac proin' clan-
 culò in cubile illata, sic clamant
 inferi, ea verò IGNATI LIPSA
 esse: designant quis illa; atque
 vnde importarit: testati grauibus
 se supplicijs tortos, sic tandem
 exturbatum iri. Nempe decre-
 tū DEO esse, hoc trophæo IGNA-
 TIVM illustrare. Alio postea die
 (nam pluribus continuabantur
 hi ludi) principum Geniorum
 vnus, antequam emigraret, vbi
 in IGNATIVM aliquamdiu pro-
 caciter illuserat, subactus à Nu-
 mine est, magno cum pudore fa-
 teri, quantum ab vno illius esse
 miser ambureretur; Cœpitque in
 ipso

ipso eū excessu ter SANCTVM pro-
 clamare: sanctique IGNATII tum
 modestia & potentia, tū precipuo
 erga DEIPARAM studio in fugam
 cōpelli se, dicere. Aliàs itē cū vi-
 ctos se illi sensere, hāc tamē IGNA-
 TIO gloriā inuiderunt, ne ipsi ma-
 gis, quā alijs celsisse crederentur.
 Quapropter eorū Cælitū precib.
 exigi se mentiebātur, quorū ma-
 ximè clientas eā se Virgines præ-
 dicabāt. Sed sub egressum ad acti
 mendacium refellere, IGNATIVM
 Victorem fatebātur: eiusq; vnus
 opera vti DEVM in soluenda ob-
 sidione constituisse. Inter hæc tra-
 biosè vociferati, Orco suas vires
 opprobrabant, qui chartulæ pi-
 cti Sacerdotis nequiret obsistere.
 Tota deinceps die euocati cū
 pertinaciter cessuros negarent, nū
 prius IGNATIO supplicaretur;
 DEVM id velle caussari: cœpit illis
 Sacerdos, PRO MERITIS IGNATII,
 L 2 fugam

fugam imperare. Hic enim uero
 nulla interposita mora omnes ex-
 cessere. Interdum miserandis cla-
 moribus aduersus DEVM deque-
 sti: qui qua gloria se priuasset,
 claudum utiq; homuncionē ho-
 nestaret. Menses non minus duos
 ita dimicatum est, dum prorsus
 de omnibus triumpharetur. Quā
 certē moram non superiorum im-
 becillitati tradit imputandā Ber-
 nardus; sed eò solū fieri, quò pla-
 nius cum Stygis potentia, tum ex-
 igentis Victoria cognoscantur.
 Ita post alterum cæpti belli men-
 sem puellæ, quas diximus, omnes
 omnib. molestijs obsidionis per-
 functæ, ad se ipsæ redierunt. Nec
 verò imagines solæ cineresue IG-
 NATII inferis diuersorib. terrori
 fuere: sed liber quoq; super ei^o vi-
 ta cōscriptus, cū capiti earū impo-
 nebatur, vel in sinū indit^o palæue
 lect^o aderat, hostes perdomabat.

215 Quan-

215 QUANTUM IGNATIO contra inferos licuerit, haecenus est narratū. Nunc idem haud minori imperio hominum quoque animos regebat: adeò vt non volubili verborum copia, sed sanctioribus momentis contumaces facillimè flecteret; pectorisque nubes serenare, & mentium ærumnas ægritudinesque pellere crederetur. Isaacus quidam gente Iudæus, domi nostræ tantisper attinebatur, dum appositis ad fidem præceptionibus erudiretur. Is repente ceu in furorem actus, atque omnia alia malle professus, missionem postulabat. Sensere in eo retinendo, actum se agere ceteri: at consultus IGNATIVS, ad me prius, inquit, adducitor. Factum. Ibi tribus ad eum verbis, ISAACE NOBIS CVM MANE, hominè continuò in potestate habuit. Nam ille mutatus, ac longe iã alius, placidissi-

mè, dum Christi lauacro tingere-
retur, permanfit.

216 Ioannes deinde Paulus,
IGNATIUS Socius, aliquādo vehe-
mentibus turbis angebatur, quas
ob inanem peccati metum malus
illi Dæmon conciuerat. Nullum
mifero ne respirandi quidem spa-
tium fuppetebat; & preces & cor-
poris afflictationes nihil expedie-
re: neque in facrorum vfu quies
inueniebatur. Eo accidit, vt folli-
citus fe ipfe conficeret, & mortuo
quàm viuo propior mæreret.
Cōmunicauit eam ille rem cum
IGNATIO: qui verbis non plus
duobus otium menti omne redi-
dit, æftumque fluctuantium cu-
rarum fedauit.

217 Alius adhuc adolefcens
(quē, quod fuperftes eft, nomina-
re omitto) nescio quo metu per-
territus, affiduè formidabat, & ad
fuammet ymbra de nihilo con-
sterna-

sternabatur. Sed is nimirum totidem IGNATII verbis omnem à se formidinē abegit. Idem hic alijs duabus in rebus nihilo minores IGNATII vires expertus est.

218 Olim enim quapiam in re obstinarat animū adolescens, se-
seq; cōsilijs eius planē aduersum ostēderat. Tum autem ad verbum vnū, quo contumacē I G N A T I V S compellarat, cœpit elata voce clamare, ac se in eius auctoritate futurum, promittere: quod aliter ob incredibilem animi sui motum, haud posset.

219 Rursum grauiter perturbatus, cœptamque religionem propemodum eiecturus, animum induxit, generali noxarum confessione se apud I G N A T I V M purgare. Quem ille monitum, ne DEO secundum tot beneficia ingratus viueret, illicò mutauit, itaque stabilijt, vt ad hunc diem,

nulla prioris mali cogitatione infesteretur.

Complura in hunc modum memorari mihi possent: vt de eo rectè Franciscus Borgia, magno iudicio ac religione vir, dixerit: LOQVEBATVR TANQVAM POTES-
 TATEM HABENS; quippe qui velut manu animos audientium verteret, pœneque pro arbitrio suo moueret. Quod quidem pluris esse meritò Bernardus cēsuit, cum Malachias antistes fæminam immodicè ferocem composuisset, atque cū à funere in viuos reduceret. Verùm nos ad alia eius admiranda, ab excessu præsertim patrata, atque his ipsis ferme annis gesta, quibus de IGNA-
 TIO consecrando laboratur: diuertamus.

220 Quo temporis momento IGNATIVS viuere desit, eo apud Margaritam Liliam fæminam Bononiæ

Bo
 con
 rad
 cau
 ro
 cif
 de
 NA
 eff
 scr
 ce
 no
 all
 cu
 2
 qu
 fre
 fer
 pro
 gn
 an
 ma
 ma
 cu

Bononiæ nobilem ac copiosam
 conspectus est, fulgentibus circū
 radiis: seque ei decessisse signifi-
 cavit: addito, vt Societatem por-
 ro tueretur. Quæ illico ad Fran-
 ciscum Palmam, Collegij Præsi-
 dem, pro certo retulit, vixisse IG-
 NATIVM, sibi que liquido visum
 esse. Quem & iis coloribus de-
 scripsit, vt si familiariter nouisset:
 cetera nunquam aspectum. Sed
 non habita narranti fides, donec
 allato nuncio, dies & hora do-
 cuere, verum dixisse.

221 Kalendis deinde Sextilibus,
 quo die funus elatum est, inter
 frequentiam accurrentium, vi-
 sentiumque, Bernardina quædā,
 proba mulier, & Societati beni-
 gna, spectabatur. Cuius filiam
 annos natā quatuordecim, stru-
 mæ quædam periculosa defor-
 mauerāt. Et magnam partem fa-
 cultates suas bona mater expen-

L s

derat,

derat, vt valetudinē medici accu-
rarent. Sed reb. in dies peioribus,
adducit puellam, cupida beati fu-
neris tangēdi; & non dubiō certā
inde salutē pollicita. Verūm ex-
trema conanti, vt accederet, nihil
successit; nēpe ingens hominum
turba se vndique obiecerat. Ad
aliud igitur cōsiliū versa, laborat
aliquod functi Patris pignus ca-
pere. Id denique nacta, in collum
puellę iniicit, superq; infesta vlce-
ra ponit. Sic cōsecuta, quā spera-
rat, est sanitas; & mirātib; con-
scijs, puella integrē conualescit.

222 Aliquot post annis, millesi-
mo inquam, quingētesimo sexa-
gesimo nono, cū pridie Kalēd.
Augusti eius corpus primo exhu-
matum, alio in loco reponeretur;
biduo toto suauissimarum vocū
concentrationes in conditorio sunt
exaudite; quas non nemo diuina-
rum studiosior habuit arbitrari.

223 Dru-

223
nob
uite
exig
dera
gen
licit
est
cref
ner
Nec
inu
22
inso
Oly
acie
pera
me
ipfa
xē
ten
gra
ille
tur;

223 Drusilla etiam Torfellina,
nobili loco fœmina, in febris gra-
uiter laborabat; quã capitis haud
exigui dolores infestiorẽm red-
derant. Multis consilijs ad fran-
gendam morbi pertinaciam infe-
liciter adhibitis, animaduersum
est, mali vim prolixius interim
crescere. Visum igitur, fronti ci-
neres I G N A T I A N O S imponere.
Nec fefellit euentus; & ægra ex
inualetudine mox respirauit.

224 Aliam ingens oculorum
insolensque dolor inuaserat, quæ
Olympia Norina dicebatur. Iam
aciem omnem vis morbi corru-
perat; cum ægram cõtina trium
mensium febris excepit; quam
ipsam deinde capitis dolores au-
xere tanti, vt omnem ægræ quie-
tem inuiderent. Huic tali auto-
graphum I G N A T I I, quod suum
ille nomen expresserat, affer-
tur; & quo tempore impatientius

CIU-

cruciabatur, fronti oculisque applicatur. Ecce tibi! continuo & fœmina videre, & febris remittere, & dolores cepere omnes elanguescere.

225 Eadem euenta Hieronymus habuit Gabriellus, puer ibidem nobilis ac tener: cui cum febrium æstus, & lateris dolores atrociter insultarent, vix aliquid reliquere, quod salutem ægro promitteret: Tamen & hunc IGNATII nomen ab interitu morboque vindicauit, anno CIO. ID. XCVII.

226 Proximo post biennio Iohanna Ursina, puella etiam dum lactens, periculose tussiebat: neque iam lac ducere, neque a deo quibat animam recipere: cum Cornelia puellæ mater, princeps fœmina, maturauit IGNATIO infantis valetudinem commendare; precata, ne qua rei mora esset, quo planius omnes, ab IGNATIO adiutam

adi
pue
mic
secu
tuff
dirc
Fixa
sep
cep
2
Rug
stre
bat
nus
aur
cor
cun
imn
riur
ac p
uiff
dat
22
iun

adiutam esse cognoscerent. Iam puella noctem vnam diemq; dimidium infomnis duxerat : quæ secundum vota , illicò dormire, tussiq; post libera ad officium redire, atq; vbera caput reposcere, Fixa est eam in rem pro IGNATII sepulcro tabella, opis rogatæ acceptæque index.

227 Eodem tēpore Anna fuit Ruggiera; cui intestinus aurium strepitus caput miserè obtundebat; isque tantus ac tam diuturnus (annuum propè tulerat) vt auris dexteræ vsum omnem illi corruerit. Sed in eam partem cum quædam IGNATII pignora immisisset; votoque, anniuersarium ieiunium sub eius natalem, ac postridie sacrâ synaxin, decreuisset: pristinam valerudinem, sedato auriū tinnitu, recuperavit.

228 Domesticum est, quod subiungam. Michael Vasques, vir in
Socie-

Societate quatuor Vota profes-
sus, ac tum in Romano Collegio
studijs præfectus, die quodã Lu-
næ, CIR. 15. XCIX. incredibili late-
ris renumq; dolore vexari est cœ-
ptus, quanto perferendo iam vix
esset. Difflebat gelido sudore, o-
mniq; sensu propemodum de-
fectus, victurum se desperabat;
Multis Medicorũ suppetijs, quæ
vndique arcessabantur, id vnum
visus proficere, vt valescere dolor
identidẽ crederetur. In eo discrimi-
mine Michael allatos IGNATI
pulveres piẽ deueneratus, ei se
cõmendat. Tunc reliquijs illuc
admotis, vbi vehemētissimus do-
lor sæuiebat, sentit cruciatũ inde
confestim refugere; etsi idem in
locis nondum cõtactis totus re-
staret. Igitur singillatim omnes
tentare insistit partes; omnesq;
quo ordine tetigit, deinceps per-
fanat: donec morbi indicium se-
nuf-

nuf
dein
hora
cruce
tur.
lis e
cis f
rum
quã
tus g
hæc
mul
fuer
rem
tã. F
tri o
dina
bus
nũ r
bi v
ficia
que
vire
accu

usquam vllum ostendit. Tum
deinde post quartam quintamue
horam, cum nullo doloris sensu,
cruenta lapidum fragmina eniti-
tur. Ea, quod carnis velut tunicu-
lis erant implexa, indicium medi-
cis fecere lapidē occulta Lipsano-
rum vi ruptum quidē, sed, pro eo
quā erat acutus, intimos mea-
tus grauitersauciasse. Verū inter
hæc surrexit illico æger, secus ac
multi futurū estimarant, qui cen-
suerunt idcirco IGNATII precib-
rem, non humana ope, perpetra-
tā. Et fortè negotium ei tunc Pa-
tri obuenerat, curandi apud Car-
dinales, de Beato Parente celesti-
bus honoribus donando. Vt alie-
nū minimè sit suspicari, hac mor-
bi violentia, tam repētina ac dif-
ficili, eò Patrem illum laborasse,
quo expertus per se ipse IGNATII
vires, studiosius suam vicem in-
accurando negotio fungeretur.

229 Eodem anno matronam Romanam Cancer obsederat, & vber alterum maligna peste populatus, iam haud diu à vita petenda temperaturus credebatur. At illa se ad IGNATII sepulcrum abiicit: & aliquandiu opem precata, breui præstitam sensit. Nam paucis diebus, nulla hominum manu correctam mamilla est, & pestilens exinde carcinoma sublatum. Fœmina eius rei indicium reliquit, appenditque argumentum in mamillam factum atque inauratum. Nec ingratus medico maritus, de tela argentea, peristroma consecrauit.

230 Orintia deniq; Casalia veterum ferebat: sed infelix nec partum (quippe iam ante cunabula emortuum) nec vitam sperare aucta, ad Syngrapham IGNATII contactam, præmaturum funus eiecit: ipsa incolumis euasit.

231 Dum

231 Dum hæc interim Romę geruntur, reliquam Italiam paribus miraculis IGNATIVS complevit. In agro Lauretano sexenniũ puerũ medici in morbo deposuerant: cui de amiculo IGNATI centones iniecti, precesque ei susceptæ medicam artem vicerunt. Quippe cœpit ocyus valescere puer: planeque à funere, quod timebatur, reuixit.

232 Iterum febris in mulierem, & cum feбри vehemens dolor in stomachũ incubuere. Quare gemin morbo festinare docta, ad IGNATIVM accurrit, eumque studet medicum exorare. Ille nõ difficilis, & febrim coëgit cedere; & stomachi iniurias tacere.

233 Sed & iuuenis sanguine per nares immodicè profuso, nec nostris artibus sistendo, periclitabatur. Tactis IGNATI nouissimè Lipsanis, stetit cõtumax sanguis.

M

234 Mu-

234 Mulier item cum vomitum
intimis in mamillis aleret, infa-
nis doloribus miserè carpebatur.
Tetigère sacri hi pulveres ægrâ,
& rupto apostemate morbus elā-
guit, integritasq; in locū successit.

235 Ibidem vir nobilis Hora-
tius Leopardus, per eiusdem anni
Octobrem, dysuria & calculi cru-
ciatu enecabatur, ut ijs iam malis
nihil remedij videretur superare.
In tali statu Magnam Virginem
sollicitat, uti ob IGNATIUM merita
desperato opituletur; simul ipsum
IGNATIVUM, ut sibi patrocineretur,
implorat. Nō intercessit diei mo-
mentum, &, ecce tibi, dolor un-
dique remittere: & aquam Ho-
ratus petere, & arenæ glaream
fundere, lapidumque fragmina
incepit moliri. Quibus omnibus
egestis facilè deinde ex morbo
conualuit.

236 Eodem & tempore & loco

Lucan-

Lucādia, Pompeij Georgij vxor,
 mensibus quinque perpetuis, dif-
 ficili ægritudine confictabatur.
 Inter cæteras pestes vehemens il-
 lā cordis palpitatio vrgebat. Sed
 omnē hanc dolorum aciem, ami-
 culi lacinia, qua I G N A T I V S vti
 fueuerat, primo statim contactu
 exanimauit.

237. Eadem Lucādia, nonū iam
 mēsem grauida, libras sanguinis
 viginti de corpore profuderat:
 sed viribus iam, atq; ipsis prope-
 modū sensib. defecta, quo potuit
 pacto S. I G N A T I V M inuitat. Mirū
 creditu! Confestim subsistere san-
 guis, illa ad se redire, prorsumq;
 reuiuiscere. Tum autem in enixu
 cū natura succumberet, è cælo
 idem perstitit auxilium vocare;
 idemque impetrauit. Nam edito
 per indolentiam fetu, quanquam
 eo extincto, ipsa certē incolumis
 permanfit.

M 2 238 Pro-

238 Proximo deinde Nouēbri
matronę cuidam Isabellę, Mace-
ratenfis Antistitis propinqua, cū
iam animam ageret, nihilq; vitę
sperari posset, inopinus adstitit
IGNATIUS; eamq; breui conuali-
turam pollicitus, manu prehen-
dit, lectuloq; surgere & DEO
memores iussit gratias habere.

239 Paullò antehęc, Iunius mē-
sis Ioannę Arragonę, fœminę
Principi, propemodum funestus
fuit. Hęc Neapoli diu omnium
medicorū ingenijs fatigatis, to-
tos quatuor mēses actum egerat:
iamq; acerbissimis doloribus, in-
tumescente mamilla natura me-
deri nequibat. Igitur salubriori
consilio, iussit humanā opem va-
lere; seseq; ad IGNATIVM precan-
dum recepit. Et mox eius imagi-
ne papillis imposita, affecto cor-
pori consuluit. Quippe non dies,
non nox intercessit; cū resedis-
setu-

se tumorem & valere mamillam
persensit. Quę anno deinde secu-
lari Romam profecta, grati ani-
mi tabulam argēteam, cum qua-
tuor cereis ad eius sepulcrum de-
posuit.

240 Item mēse Nouēbri Fran-
ciscus Blasius, vir Nolæ nobilis,
quòd præter grauissimas capitis
stomachi que iniurias, feбри pesti-
lente vreretur, metum imminen-
tis periculi medicis incussit. Quę
Zenobia Tolsia mater hortata
est, capiti ægro ipsa IGNATIA-
NI cineris iniiceret, eiusque sub-
sidiū postularet. Paruit monenti
Blasius, seque facilè omnibus
morbi incommodis exemit.

241 Lecci in prouincia Apulia,
pleuritis cum acutissimo sensu
ancillam inceserat; cui Patien-
tia nomen & liberalis apud An-
toninam Cybellam seruitus erat.
Iam propè ceu morituræ fune-

bria parari cœpta : cum interim reliquæ inferuntur, quas dixi; & illa mox sopore corripitur, pertinaci prius insomnia vexata. Ibi per quietem I G N A T I V S coram adstitit, sacerdotali ornatu conspicuus; atque ei, filia, inquit, fide D E O: & conualuisti. Inter quæ verba comperit fœmina ægritudine se morboque perfunctam.

242 Ibidem improvida nutrix alumnulū sibi sinu excidere passa, graue puerulo nocumentum attrulit: quod deinde ipso rei silentio detrimētosis factum; metuente, si casum proderet, ancilla. Crus quippe dexteri pedis, vitium fecerat. Quo denique patefacto, necesse habuit pater (is dynasta Beglibonis erat) ex medicorum consilio, aliquoties pueruli genu incidere. Quod cum iteratò tentatum absque profectu fuisset; iamque

iam
chi
tie
vul
fic
me
Co
Ic
id
Su
in
Se
qu
of
pu
-2
tes
str
in
pe
pe
no
T
ce

iamq; tertiã lanienam indicere
 chirurgi, pater spectaculi impa-
 tiens, quod trimulum infantem à
 vulneris febrisque acerbitate de-
 ficere sentiebat; & mox peiorum
 metuens, recurrit ad Societatis
 Collegium; quodque de ossibus
 IGNATII fragmentum impetrat,
 id festinus super infantē deponit.
 Sub hæc redeunt medici, facturi
 in ægrum, quod fuerant minatio.
 Sed reperiunt in eo statu puerū,
 qui sectione porro non egeret. Et
 ostendit exiguo post interuallo
 puer se sospitem esse.

243 Turcæ piraticam factitan-
 tes, Natalem Masuccum de no-
 stra familia sacerdotem, ac fortè
 in Siciliam transmittentem, ce-
 perant. Atrox non diu post tem-
 pestas exorta, quam euasurum se
 non crederet, vocare opẽ I G N A-
 TII subigebat. Ex templo vo-
 cem accipit; ne quã dubitaret;

M 4 nau-

naufragio enim haud periturum;
neque verò ad Turcarum in ho-
spitalem barbariem peruenturū.
Fregit proinde se tempestas; &
nauigium ad Insulam Lampadu-
sam intercepte Christiani. Ibi
Pater iam vno discrimine defun-
ctus, alterum quoq, discussit; cū,
Ignatio patrocinate, vitā liber-
tatemque conseruauit.

244 Panormi Cosmus est Fer-
rerus, medici haud incelebris, fi-
lius: quem trimum adhuc infan-
tem gemina lues febris ac dysen-
teria obsidebant: Parēte iam ipso
in filij funus spectante. Verū laci-
nia erat de sacra veste, quæ IGNA-
TIVM olim in sacris operuerat.
Hanc desperato admouet. Quod
simul ac factum est, puer à funere
cœpit reuerti: illoq; adhuc die in-
ter omnium læticias mirabiliter
conualuit.

245 Ceterū quæ per terras Hi-
spanias

spanias eo tempore patrata sunt
 miracula, hæc fermè accepimus.
 Toleti sub annū CIO. IO. LXX. aut
 LXXI. (nam id incertū habeo) Ve-
 gam, hoc nomine mulierē, atrox
 adorta pleuritis, paulò ante no-
 ctis crepusculum deiecit. Medici
 acciti, repentino & vehemēti ma-
 lo terrentur; req; perpensa, severe
 pronūciant. Iubent ea ipsa nocte
 sacris animū procurare, ac testa-
 mentum condere; nam die poste-
 ro haud victuram. Adest fortè, au-
 ditq; decretorium consultum, vir
 honesti nominis, Ioannes Mesa:
 qui DEVM rite precatus, applicat
 compuncto lateri, modicam telæ
 tramam, de vitta I G N A T I I NO-
 cturna: itemque corium, quod
 ille pectori consuerat prætexere.
 Quippe vtrumq; spoliū Ioan-
 nes religionis causa circumfere-
 bat. Et certè ab eo consilio ita
 victus est dolor, vt erecta mulier,

M 5 & se-

& feridè in Ioannem intenta, scī-
taretur, ecquid ille fecerit, quo
tam facilè omnem à se morbum
deterfisset?

246. Francisca deinde Bernua:
haud vulgari virtute virgo, & so-
litudinis apprimè retinens; Bur-
gis in S. Dorotheæ ascererio, Re-
ligionem professa: cū à pleuritide
calculoque malè habita, ancipiti
periculo teneretur, ad IGNATIUM
denique asylum refugit. Inde res
accidit memorabilis; vt toto an-
no lapides amplius centum, cum
modicos tum maiusculos, vix vl-
lo cum sensu, deiecerit.

247. Huic eidem, sub annum
cis. 10. xciii. post quàm sangui-
nem inhibere ars nequijt, quem
rupta pectoris vena per os egere-
bat: venit in mentem, ad mouere
centunculum de talari sacco; eo,
quem supra demonstrauius,
IGNATIVUM principiò sumpsisse.

Im-

Imponit hoc malagma pectori;
& confestim, ceu obice fixo, co-
ercetur impotens cruor, venęque
suę patiens quieuit.

248 Propè aberat, vt aliã quo-
que virginem, Ioannam Gango-
ram morbis miserè deformatam
Romanus Pontifex, legibus exi-
meret; dum egressa Cænobium
(Hulgas appellant) valetudinem
instauraret. Quę tamen prius ad
IGNATII imaginem procubuit,
corporisq; affecti curam ei com-
mendauit. Plus sensit impetrasse,
quã orauerat. Nam persanato
iam corpore, egressu præterea vir-
go non eguit; Neque porro, vt le-
gibus solueretur permisit.

249 Maria quædam Auala, le-
gibus S. Francisci auctorata, æ-
rumnis animi immodicè ange-
batur. Quę edocta opẽ IGNATII
poscere, si malo inuenire medi-
cum vellet; assensit. Iamque in
pre-

preces quidem effusa, sed nominis utiq; oblita, Tuam inquit, opem Athanasi, precemque aduoco; tu hanc animi perturbationem, qua misera internecor, compone. Sub ea precantis verba, vox alicunde accidit, non Athanasium illum, sed vero IGNATIVM vocari. Interim neu dubiter, quin eo sit patrono ad cupitam quietem reditura. Nec dictum liquidius, quàm factum; & suam virgo tranquillitatem est adeptam.

250 Erat homo Belga, Ruffinus Lanzarotus; qui pestilenter febricabat; (petechias Itali; *febrim* aliqui *purpurã* nominarunt.) In eo periculo, agrum omnis medicorũ ars operaque deseruere. Sed enim porrecto IGNATII autographo, salus ad desperatum rediit; & cõsecuta est sanitas. Quare de lectulo surgit Ruffinus: & medicis oppido admirantibus reuiscit.

251 Alium

125
dici
nere
striu
lam
pinc
bat.
decr
com
gare
info
252
cerd
genu
ægro
quer
ercit
tutel
co di
253
Sace
fortè
inua
ægru

225 Alium quoq; Burgenſes medici, quiq; Valliſoleto acciti venire, depoſuerant. Lopeſius Caſtrius is erat: & Leonoram Gallam, virginum antiſtitam, propinquitate ſanguinis contingebat. Enim vero poſtea quàm ille decreuit ſe in I G N A T I I fidem committere, & aliquid ſtipis erogare: in fidem acceptus, morbi inſolentiã planiſſimè ablegauit.

252 Burgis Franciſcus Ortiz Sacerdos, ab exuberante humore genuum & articulorum, grauiſſe ægrotabat: iamque ipſum quinquenniũ acerbis doloribus exercitus, poſtremo in S. I G N A T I I tutelam conceſſit: nec vllum ab eo die mali veſtigium aduertit.

253 Iam de familia S. Auguſtini Sacerdos grauis, cum per agrum fortè Burgenſem peſtilens lues inuaſiſſet, charitate inductus ſeſe agris emancipârat: vt cæleſte
via-

viaticum decessuris ministraret,
 & opem animis supremam afferret.
 Vsu venit Pridie Idus Nouembr.
 anni c17. 19. xcix. vt Mariam
 quandam paganam virginem in-
 uiseret, natam annos circiter duos
 & viginti. Huic febris ac pestis
 hostiliter insultabant. Sed eam
 hortatus sacerdos, IGNATIO se
 permetteret; imponit ei indeico-
 na supra pectus decubentis. Quo
 quidem subsidio depulsum vul-
 gatae luis venenum est: & Virgo
 intra horae spatia saluam se vi-
 dit.

254 Atq; vt de pluribus in com-
 pedio referam; Burgis post quam
 grassanti pestilentiae humana re-
 media defuere, complures me-
 morat Franciscus Ortiz Curio,
 hanc nimirum arte conualuisse; vt
 vnda, quae IGNATIANOS cineres
 abluisset, cum precibus hausta,
 integre restituerentur. Eamque
 famam

fama
 bem

255

tabra

ri, v

cont

tagio

sibia

isse.

ita p

lam,

& la

nem

256

Mich

ris v

ocul

seffu

null

ctior

tu ca

cere

cessa

Nov

famam liquidò per consciam urbem increbuisse.

255 Idem & sibi Sanctius Cantabranensis; idem Abelus à Turri, vterque Curiones, euenisse contestantur, cum pestilenti contagione tenerentur; eandemque sibi a quam pro medicamento fuisse. Et horum quidem postremo ita presentem inde factam medellam, ut eodem temporis puncto & laticem hauserit, & ægritudinem propulsarit.

256 Madriti Pater quidam erat Michael Garses, summa Societatis vota professus. Hic dextrum oculum vehementi catarrho obsessum, vsque eò perdolebat, ut nullà neque in sanguinis deductione, neq; alijs cæptis leuamētū caperet. Quin poti⁹ ingrauescere idem dolor visus, & necessaria corpori quietē recusare. Nouissimè ad vesperum quinti Idus

Idus Septembres cio. 10. xcvi. vt
 acutissimo cruciatu pœne ene-
 ctum P. Bartholomæus Peres vi-
 dit; miseratus hominem, S. IGNA-
 TII syngrapham attulit: quidque
 aliud fieri vellet, edixit, Michaël
 promptè in genua se submittit:
 applicatque oculo autographum,
 vbi dolor, vt maximè, sæuiebat.
 Sed enim is repentè omnis dis-
 cessit. Igitur cubitum Pater abiit:
 placideque acquiescit: mane inte-
 ger ad prouinciam rediturus. Ad-
 mirantur Collegam familiares,
 cum oculo prodire iam sanato,
 quem pridie affectum & liuido
 cruore suffusum conspexissent.

257 Tredecennis puella, Fran-
 cisca Vignola, cum annum fer-
 me dolorem, sed eum acutum in
 tibia pertulisset: inde claudicare,
 ac ne sic quidem moliri se, absque
 graui molestia quibat. Ea sub an-
 num secularem, ipsis Ianuarijs
 Kalend.

Kalend
 hab
 hon
 labo
 ac fr
 cres
 rat.
 III p
 sape
 la su
 lestia
 hau
 qua
 pate
 riqu
 Et p
 IGN
 curr
 then
 258
 dian
 qua
 petio
 festu
 AUG 11

Kalend. ibat, vt Sacris adfisteret
 habitura hunc celeberrimo diei
 honorem; etfi cum haud exiguo
 labore. Sed ambulationis iuxta
 ac frigoris impatiens; inter estum
 crescentis doloris domum redie-
 rat. Ibi mater eam tutelæ IGNA-
 TII pietraditam, syngrapha, quã
 sæpe diximus, iustrat. Post hæc il-
 la subito valere; seseq; omni mo-
 lestia solutam comperit; cæpitq;
 haud secus prompta ambulare,
 quam si nunquam laborasset. Id
 pater professione Medicus cete-
 rique miraculum conclamant.
 Et puella cum matre ad gratias
 IGNATIO soluendas postridie ac-
 currit: inque templo, cerei ana-
 thematis monumentum ponit.

258 In eadem prouincia (Gan-
 diam nominant) Iosepha Borgia
 quantos maximos dolores per-
 petiebatur, qui genu alterum in-
 festum habebant: vt ægrè iam in-

N

cede

cederet, aut vix etiam moueretur. Huic desperatis naturæ subsidijs, in mentem venit, IGNATIVM sollicitare: cuius honori statas preculas quotidie numeraret. Vix triduum fecerat, cum nox insequens, grauiter adhuc dolentem consopijt. Tum in quiete vidit Sāctum ad se IGNATIVM accedere; hilarique & serenâ fronte, valetudinem polliceri: iniectâ denique manu omnes morbi reliquias abstergere. Experrecta fæmina, prius valere se propemodū sensit, quam sperauit. Recta que ad nostram ædem progressa, cereum signum, ad rei testandæ memoriam, dedicauit.

259 Sed illustrius ibi facinus per mensem Nouembrem cōperimus patratum. Iosepham Castellam, annorum XL. virginem, morbus comitialis obnoxiam trahebat: iamq; ad eò omnem eius valetudinem

dine
rem
vix
tem
rem
cor
por
acp
mo
rum
sepl
noc
veh
con
red
imp
lis
qui
uit
ten
ian
se
dis
re

tur. dinem attriuerat, vt mentis impo-
 ijs, tem, seseque crudeliter laniantem
 sol- vix multi inhiherent. Tum au-
 pre- tem, vbi paroxismus aliquando
 Vix remisisset, intolerabiles cruciatus
 use- cor opprimebant; ipsa toto cor-
 tem pore fracta contusaque, reliquo
 idit ac postero die, non agere aliud, nō
 e de- mouere se posse credebatur, me-
 ale- rum funus. Cognoscit interim Io-
 eni- sepha de miris **IGNATI** viribus: &
 reli- noctu, cum recipocante morbo,
 fa- vehementius fortè, quàm solito,
 odū concuteretur, vt ad se non nihil
 read redijt, capit consilium opis eius
 eum implorandæ. Ita precibus cum il-
 mo- lis, quas Christus tradidit, tum
 s per quibus virginem Angelus saluta-
 mus uit, vix quintum peractis, nullum
 lam, temporis punctum intercessit, &
 orbus iam conualuisse fæmina, neque
 ebat: se vllis prioris fortunę incommo-
 letu- dis obiectam deprehendit. Qua-
 in em re & pernoctare in somno cæpit,
 N 2 quod

quod alias per morbum non licuerat; & diluculo surgere, admirante familia; cui, quas res ageret, percontanti: Valitudinem IGNATIO se acceptam ferre respondit. Cum octauum inde decimumuè diem colicus ei dolor fatalem pæne effecisset; eodem cælite pro medico vsa, repentè omnem coli intemperiem extinxit. Duas igitur statuas de cerâ fictas, in templo destituit, quibus, quod sibi acciderat, alijs testaretur.

260 Hæc eadem quoque provincia, puellam septennem alebat; quæ febribus & tumente angina pertinaciter vexata, quod biduum binoctiumque nullam quietem sperare, neque vero liquoris guttam sorbere posset; parentes eò iam tendere incipiebāt, qui filiam sepelirent veriùs, quam sanarent. Sed conspexerat amita fortè IGNATIANAM tabulam, quæ
tunc

tunc parenti (lignariam is factita-
bat) afferebatur, vt subscudibus
fabrè includeretur. Eam capiti
puellæ amita admouet, speiple-
na; iridem iubens puellam voue-
re, si intra quartam horæ partem
valesceret, tum se IGNATIO no-
uendiales preces facturam. Vix
secum constituerat, cum matrem
arcessit puella, clamatque IGNA-
TII beneficio se valere. Inde quã
primum edere, atque in morem
cuiusq; alius bibere perrexit. Po-
stridie cum amita ad Collegium
properat, gratias actura. Vbi &
votum soluere auspicaæ, imagi-
nem ceream posuerunt.

261 Insula est Balearica, cui Ma-
ioris nomen dedimus; ibi per an-
num CIO. IO. XCVII. mira etiam
feruntur non ambiguis testibus
patrata. Ioãna Clara, cognomēto
Nognera, primæ virtutis vidua,
oculis sensim ambobus defluen-

N 3

tibus

tibus mærebat: ac dextero prius, mox & sinistro amissis, quid porro ageret nesciebat. Placuit nouissimè syngraphā IGNATIJ poscere, eamq; super oculos, iam nō oculos, deponere. Opportunum fœminæ consilium. Nam eo factō arcentur breui tenebræ, & oculis dies, quā amiserāt, redditur. Cæpitq; illa postridie opus facere, aciemq; fixam soli obuerrere, tam cōstāter, vt nusquā allucinaretur.

262 Laborabat in partu Sureda nobilis matrona: & multis diebus infelicem nixum continuabat. Auxilio fuit eiusdem IGNATIJ autographū nomen: quo cōtacto, puerum mater incolumem enititur, familia effuse gestiente.

263 Eadem apud alteram eueneret, quæ Saluatori cuidam nupta; & apud alteram, cui Magdalenzæ Suauæ nomen erat. Quibus ambabus in partu impediti

ors
propin-

pro
por
alla
rog
qu
tib
cui
tab
inf
eua
gii
hui
TII
26
tal
ma
tas
lon
ab
de
fe
re
te
ct.

propinquabat; nisi IGNATIVS tē-
pori adfuisset. Et hæc quidem, suis
allatum nominis IGNATIANI chi-
rographum, in lectulo resedit: at-
que omnibus IGNATIVM vocan-
tibus, Secundas rupit; fætumque,
cui ceruix crusculis implexa hæsi-
tabat, emisit. Ipsa in columis; &
infans benè habitus validusque
euasere. His talibus rerum prodi-
giis excitati Insulanī, iam inter
huiusmodi pericula passim IGNA-
TII patrociniō se tuentur.

264 Eodem anno post Christi na-
talem CIO. LXXXVIII. Hierony-
mam Rebezam partus difficul-
tas per multos dies attinebat, nec
longè mulier ab interitu iam
aberat. Magna quippe corporis
debilitas, animique crebra de-
fectio, nihil ad illius exitium
reliqui fecerant. Aduertitur in-
ter hæc, prolem in vtero extin-
ctam, ceu funus vluo tumulo con-

tineri. Quamobrem cēſent, ma-
 trem inedicatā quādam buccēā
 cogendam, ut infelix onus eijciat:
 etiā ne hoc quidem nullo cum
 periculo videbatur futurum. Hic
 ipſa ſibi mater, fit optimi con-
 ſilij auctor: & ſyngrapham, qua
 de diximus, miræ rei effectricem,
 iubet applicari. Paretur. Non
 plus quartam horę partem exſpe-
 ctatum eſt, cum illa periculi om-
 nis ſecura, incolumem ſobolem
 edit. Quæ autem res in maiorem
 admirationem vertit; infantis
 buccæ, medicamentis factæ repe-
 riuntur, ijs, quæ triduo ante ma-
 ter demiferat. Ea ſimul ex ore fue-
 runt exempta, infans flere, ridere
 gaudio ceteri inceperunt.

265 Aderat commodum ſpectacu-
 lo Hieronyma Pia, Raphaëlis vx-
 or; annos iam XVI. continuos ma-
 gnis faucium doloribus tentata:
 cum glandes inibi enatæ omnem
 medi-

medicinam recusarent. Iamque
 adeo venerat in consuetudinem,
 non mali perferendi, sed opis de-
 sperandæ: cum nouum accessit
 supplicium a dente, qui instabi-
 lis longam quotidie molestiam
 facessebat. Ea denique ubi vidit
 has IGNATIO vires esse, decreuit
 indidē suppetias rogare. Adhibet
 igitur ori osculoque autographū,
 quod diximus; & confestim va-
 nescere omnia, densque in statio-
 ne esse, nec minus, quam alij per-
 stare cæpit. Conciliauit ea re IG-
 NATIVS mire sibi duos coniuges,
 gratosque sensit.

266 Quare & paullo post altero
 illos beneficio hilarauit. Nam po-
 stridie quam receperat valetudi-
 nem mater, filius eorum Ioannes
 amisit. Tertianâ quippe, eaq; non
 simplici, expugnatum, quarto
 post die necesse fuit vltimis sacris
 procurare. Inde violentia morbi

N s men-

mentem adorta, omnem eius v-
 fum interceptit. Mox lingua ei in-
 crescere, oculi recedere ac turbidi
 esse, alia omnia non nisi propin-
 qui funeris præfagia videri. Hic
 illi nomen, quod sua IGNATIVS
 manu exarauerat, allatum; preces-
 que inter lacrimas fusæ. Mirum
 ingens! ipso illo temporis pun-
 cto, febris exarmatur; mensque &
 vox ab exilio reuersæ, & oculi in
 pristinam hilaritatem correcti,
 tristia funeris omina mutarunt.
 Atque hæc circiter horam noctis o-
 ctauam accidere. Die postero tem-
 pestius è lectulo surgit adoles-
 cens: medicoque iam velut ad exa-
 nimem redeūti, incolumis occur-
 rit; nullo morbi vestigio notatus.
 267 Bartholomæus Constans, vir
 chirurgiæ peritus, cum equo for-
 tè prolabitur: quo illi casu inci-
 pit elisum infractumque, sæuos
 præter cetera oculorum dolores
 pepe-

pepererat, qui nusquam interquiescere; hominem siuere. Alterâ oculi acie iã emortuâ, alterius modica vita remanserat. Et ferre quâ-
tulacunque lucis radium, mors credebatur. In eo statu hominem medici abiecerant, cum visum est ægroto, scriptum **IGNATII** nomē flagitare. Quo quidem apportato, sed nondum planè ad lectulâ spondam perlato, (mirum creditu) intermittit capitis dolor, lenitur ophthalmia, & funestî frigidoris horror, quo caput hiemabat, soluitur. Ille toto iam corpore animoque mirè quam lætus, omnia capitis fomenta, oculorumq; splenia reiectat. Tum valuas admittendæ diei recludi imperat, clamatq; bene habere se, ac prorsum incolumem esse. Eodem dein habitu ad Collegiũ accurrit, gratulâque memorat, quid pridie benefica **IGNATII** manu sit consecutus.

Huic

268 Huic non est dissimile, quod de Colonia Vicha, Ludouici coniuge, compertum habemus. Ea post trimestres capitis turbas, huc miseriarum est redacta, vt lusca, vnius oculi vsum lumenque amisserit; delapsa superne palpebra, visumque cooperiente. Laborabant medici certatim atque chirurgi, ignauum operculum excitare. Sed omnis eos ars deficiebat. Ita iis pro damnato tunc oculus habitus. Igitur laboranti nomen IGNATII imponitur; & eodem simul momento, iniussa palpebra se attollit; diemque oculo non impeditum reducit.

269 Nec omnia IGNATIO Germania est; sed in Septentriones quoque eius beneficia pertinere. Nam Eberspergæ, non procul Monachicæ, (quæ Principum Botorum sedes est) mulier per noctes diesque binas parturiuerat; prius occubitu

cubitura, quàm eniteretur. Eam ob rem, accurrit maritus, Patrēq; de Societate vnum consulit. Is memor, quę passim IGNATII merita ferrētur, ponit genua; eumq; orat supplex, ne faminam in capitis discrimine desertam vellet. Non erant in manibus alię de eo reliquię; quare nouam inuit mendendi rationem; & legem earum volumen, quas IGNATIVS tulerat, cum quanto maximo potest sensu; chartis amicit: hominiq; tradit, quo vxorem religiosę contingeret; deq; successu bene speraret. Obtemperauit ille monenti. Sed mulier viribus restituta, quinta post hora, puerum edidit viuum; &, quod mirata est cum ceteris obstetrix, iam in figuram coeuntis ouiplicatum.

270 Etiam apud Hungaros IGNATII patrociniū increbuit. Anno quippe CIO. IO. XCIV. apud
Turo-

Turosios (loci id nomen est) matronam per triduum exercuere grauiissimi dolores, quos in partu nequicquam tolerabat. Nec periculum aberat; ne moritura traheret infantem, & agnato tumulo sepeliret. In eo matris proliſque discrimine, ad Lipsana IGNATII decurritur. Quibus vix etiamdum illatis, filium salua mater enititur: duplicique beneficio ad gratiam soluendam p o-uocatur.

271 Verum his nihilo minora fuerunt, quæ in vltimis Indijs facta memorantur Bartholomæus Lupus, prouinciæ Nouæ-Granatæ Archiepiſcopus, soluerat ex infula Cuba; de portu, cui à SS. Triade nomen indidêre. Ducebat ſecum è noſtris duos; Alphoſum Medianum, & Franciſcum Fogueronum; ad quos, eſi non maximum erat nauigium,
alij

alij se diuerſi ordinis plures ad-
 iunxere. Iam in conſpectum la-
 maica ſe dederat anno CIO. IO.
 XCIIIX. ante IX. Kal. Octobr. cum
 incubuit in nauim formidoloſi
 impetus procella; eamque expu-
 gnatura, principem malum facile
 conuellit, & charcheſia deiecit;
 ſimul vela vndique perripit. Nec
 ſpatium dabatur nautis, dum ſar-
 ciri, aut integra reponi poſſent.
 Irruebant interim fluctus, & con-
 fertim omnia complebant. Ac ve-
 ctiores depreſſâ nauim (quippe que
 ſub vndis potius ferretur) omnes
 iam mortuos ſe duxere: & nauar-
 chus, Dominicus Rodriques, ar-
 tem ommittere & quâ tempeſtas
 rapiebat, ſequi cogebatur; cum
 animaduerteteret, nihil ſalutis re-
 liquum eſſe, quod à clauo pete-
 retur. Diem ſolidum tenuit ea
 maris cælique rabies, ſæuiorq; in
 horas valeſcebat; cum placuit,
 omif-

omissis alijs, diuinum Numen placare. Quare Patres recordati, quàm validum in I G N A T I I precibus præsidium alijs reperissent, eodem constituunt refugere: ac magno clamore Antistitem, ceterosque hortantur, quando cæpta omnia irrita haberentur, idem facere. Impensè omnes incipiunt; & affusis vbertim lacrimis, I G N A T I V M vocant, I G N A T I V M ingemnant. Repentè extitit ingens miraculum. Nam illicò venti turbinesque posuère, stetitque rebellis vnda; & inter omnium gratulationes, qui sibi reuixisse ab inferis videbantur, navis inspiratò emerfit. Antistes eius periculi securus, decreuit posthac Natalem I G N A T I I festo ac Pontificali ritu sacrum habere, quàm primùm auctoritate Romana concederetur. Alij vectores,

PIO

pre
pro
27
ex
rep
adi
me
gn
pu
lat
bã
per
ver
in
cel
fer
27
fur
be
ua
In
lo
ad
di

pro quo quisque studio, alij aliud
promisere.

272 Ijdem deinde Patres, cum
ex Indiarum Coloniâ Hispanias
repererent, non leuius periculum
adiere. Nam Myoparonem vehe-
mentes vndique procellæ oppu-
gnabant, aduersis ventis in prorâ
puppimque dimicantibus; interim
latera propinquis Syrtibus arcta-
batur. Hic duorum alter, iam ex-
perimento doctus, ad IGNATIVM
vertitur, & quasdam eius reliquias
in fluctus demergit. Nulla inter-
cessit mora; & omnis vndarum
ferocitas exarmatur.

273 Iam altero naufragio per-
functi, vt sæpius se IGNATIO de-
berent, in tertium discrimen ser-
uabantur. Ad TERTIAS enim (id
Insulæ est nomen) statim dilucu-
lo insana turbinum acies nauim
adorta, momento huc illucque
disiecit: vt omnium oculis mors
certis-

O

certis-

certissima oberraret. In hac iterum desperatione, alijs humi deiectis, & liberè omnia confitentibus, Franciscus denuo sacros **IGNATI** cineres in vndas abiecit. Vix eas contigerant, iam vndique venti quiescere; subsidere fluctus; sol ipse discussa nubium nocte promicare. Crederes hinc maris iniurias, hinc **IGNATI** patrocinium certasse; non vtique experiendum, nisi cogente periculo prouocaretur.

274 Neque verò corpora solùm medicatus est **IGNATI**; sed multorum quoque curas ærumnasque temperauit; eaque sæpe pericula depulit, quæ ad animorum cladem pertinuissent. Exemplo fœmina fuit Inda, quæ impuris olim ignibus conflagrabat; ijsque tam infestis, vt extinguendis esse vix putaretur. Quæ postquam ad **IGNATI** cineres religiosè

fig
ap
ni
m
fa
xi
2
qu
vu
vn
eg
Ig
cip
da
in
tu
no
an
qu
qu
ad
di
iur
tie

ligiosè venerandos animum applicuit, omne illud libidinis incendium, quo miserri-
mè depascebatur, ac pænè insaniebat, velut frigidâ restin-
xit.

275. Hæc omnia pluraque talia, quæ sciens prætereo, etsi non in vulgaribus miraculis habentur; vnum tamen ego præter cetera egregium semper duxi; quod **IGNATIVM** videbam à **DEO** principem eius condendæ Religionis datum, cuius talis inter bonos iuxta ac improbos opera esset futura. Nam ei utique in rem tanti nominis audendam, parem **DEVS** animum indidit. Tum deinde, si quis reputet, quantus ille, qualisque de profano milite, & quem admodum euaserit; quo vinculo diuersissima Sociorum ingenia iunxerit; quæ perperis, & quoties periclitatus, supra humanam

fidem durârit, atque vicerit: is nihil profectò nisi perpetuum vitæ miraculum clamitabit. Præterea consilium humano maius mirabitur, quisquis leges ab eo nostræ Religioni latas perpende- rit; quâ illas tam similes ceterarum, & quâ item voluit esse tam diuersas. Adhæc prodigij simile fuerit, familiam eius per vniuersum orbem videre propagatam; & prouincijs tribus ac viginti, Collegijs autem domicilijsque ccccl. circumscriptam: Idq; omne factum cogitare. annis non amplius sexaginta: nã tot, ab erecta Societate ad secularem annum c. 10. c. pernumerantur. Iam si fructus bonis arbitris æstimetur, quem IGNATIÏ ductu, eius posternas edidit, facilè apparebit rem admiratione dignissimã esse. Sentiant pridem & ringuntur hæretici: pij probiq; gratulantur. Ac
nisi

nisi erubesceret calamus, prom-
 tum foret ostendere, Religio-
 nē, mores; Gymnasia, tēpla, cœ-
 nobia; vrbes, prouincias, Regna;
 non postremam ab hac eius fami-
 lia opem accepisse: solamque hæ-
 resin & stygem ei bellum & indi-
 xisse & fecisse. Sed hæc talia scri-
 bere verecundia mea non sinit;
 vix permittat audire.

276 Corollariū attexā, & quā
 præclarè de I G N A T I O adhuc su-
 perstite senserint multi, osten-
 dam. Nam de familiaribus qui-
 dem, Franciscus illum Xaue-
 rius itā coluit, vt nomen eius au-
 tographum in sinu circumferret,
 ceu alexicacon vincendis qui-
 busuis periculis factum. Qui ad
 eundem ex Indijs litteras datu-
 rus, in genua se demittere et-
 iam consuevit: argumēto, quan-
 ti apud Franciscum I G N A T I V S
 esset. Porro qui primus est olim

O 3 inter

inter Socios adlectus, Petrus Faber, vir quem posset etiam IGNA-
 TIUS admirari; hic illum sibi
 alijsque exemplum virtutis, &
 sanctitatis ideam constituebat.
 Iacobus autem Laines, & Fran-
 ciscus Borgias, quos IGNA-
 TIO successores dedit Societas, mul-
 tis egregiè testati sunt, quanti pa-
 rentem facerent. Horum alter,
 e adicebat DEVM in animo IGNA-
 TII ornamenta cernere, quibus
 mirificè capiatur; eaque propter
 tantaquotidie in socios illum,
 beneficia profundere. Alter, eius
 visendi colloquendi que gratiâ.
 Romam contendere; & primis
 Sacris operaturus, in domo Lo-
 iolæa facere; terramque IGNA-
 TII natalem deosculari gestie-
 bat.

277 Externos autem eius ad-
 miratores, viros multos ac ma-
 gnos nouimus. In his Pontifi-
 ces

ces maximos Paullum III. & IV. Iulium III. Marcellum II. cuius hoc fuit de I G N A T I O iudicium, ut diceret, maius momentum apud se I G N A T I I auctoritatem habere, quàm omnes rationes, quæ in contrarium adducerentur. Gregorius deinde XIII. & Pius IV. ac V. ea de I G N A T I O, eiusque posteris testimonia reliquere, quæ (ut denuo fatear) mea me modestia ne exscribere quidem hic sinat.

278 Iam in eius laudes etiam Regum sententiæ consensere; ut Ferdinandi Romanorum, ut Ioannis III. Lusitanorum. Quorum iste P. Ludouico Consale sub annum MD. LIII. Romam proficiscenti in mandatis dederat; seridò attenteque I G N A T I V M consideraret; deque singulis postmodum ad se perscriberet.

O 4 Quod

Quod ille non segniter exsecutus, regi deinde rescripsit, nullâ se neque diuinarum rerum lectione, neque precibus, tanto opere ad DEI amorem accendi; quam vnus IGNATIUS diligenti aspectu.

279. De purpuratorum verò Patrum, ceterorumque Principum iudicio, notius est, quàm quod scribi oporteat; sed & prolixius, quàm quod memorari à me possit. De paucis duntaxat referam. Gaspari Quirogæ, amplissimo Cardinali, eidemque Tolerano Antistiti, & per terram Hispaniam Quæsitore, visus eiusmodi vir est IGNATIUS; cui absolutissimam perfectionem tribueret: quemque non parcis laudibus, demissum iuxta prædicaret ac comem; patientia, & rerum mortalium contemptu insignem; diuinæ gloriæ, salutisque humanæ studiosum; nullis per-

perturbationib. obnoxium; & qui neque lætis insolesceret, neque tristibus frangeretur. Gabriel item Cardinalis Pallæottus, I G N A T I V M Ecclesiæ lumen appellat; virumque à Deo excitatum, ad societatem cogendam; quo velut reuiuisceret, noueque sanciretur Rei Christianæ disciplina.

280 Ioannem Vegam, Castellæ præsidem idem I G N A T I V S ita rapuit, vt cum Romæ in Caroli Cæsaris legatione fungenda, eo familiariter esset vsus, ad Societatem postea scriplerit; Beatum videri & Sanctum, & eiusmodi omnino ducem, cuius signa in cælo cū Dominici ac Francisci tropheis constituentur. At Albertus Boiorum Princeps, immortalis nominis hæros, magno semper affectu in I G N A T I V M ferebatur; scriptisque ad eum

O s

sæpe-

sæpenumero litteris, tanquam
 hominem sanctum, veneraba-
 tur. Ac propter illum, Societa-
 tem in prouinciam & ciuitatem
 accepit; suaque aduersus Ca-
 lumniam tutela defendit. Quam
 optimi Principis voluntatem,
 Serenissima liberorum nepotum,
 que posteritas paribus exemplis
 æmulatur. 281 Qui vnà cum alijs
 ijsque maximis Principibus pri-
 dem apud Romanum Pontificem
 contendunt, vt noster tandem
 IGNATIUS consuetis cælitum
 honoribus afficiatur. In hoc stu-
 dio conspicui fuere Imperator
 Rudolphus: duo Philippi, Ca-
 tholici Reges: Guilielmus, reli-
 giosissimus Boiorum Princeps.
 Eorundem consilia sunt æmula-
 tæ principes sceminæ; Maria Im-
 peratrix, augusta Caroli proge-
 nies; Margarita Hispaniarum
 Regina; Maria Boiorum prin-
 cipum

cipum filia , & soror ; Austri-
 rum vxor , & parens. In idem
 certamen pro I G N A T I O ve-
 nêre clarissima regna Castellæ,
 & Aragoniæ : in idem Cata-
 launi & Cantabri consensere :
 Nihilo minoribus studijs To-
 letanus, Hispalensis, Granaten-
 sis amplissimi antistites exarse-
 runt ; & secundum hos qui Cæ-
 saraugustæ quique Barcinone
 Rempub. rexere : non utique tam
 acriter postulaturi, nisi I G N A T I I
 sanctitatem pro comperto ha-
 buissent.

282 Magnum præterea eo-
 rum agmen sequitur , qui ec-
 cli genere cum prioribus non
 sunt conferendi ; eximij ta-
 men nominis , aut sanctitatis,
 non omiserunt quid sui iudi-
 cij esset , ostendere . Nam
 Ioannes Auila , Pontificius Ec-
 clesiastes , (vir omnino talis ,
 cuius

cuius vitam Ludouicus Granatensis conscribendam sibi duceret,) ita cum IGNATIO se contendebat; vt, (pro eo quàm erat modestus,) sibi ceu pumilioni in IGNATIVM gigantem diceret suspiciendum. Ipse autem Granatensis, testis quantavis rei idoneus, obstupescere se fatetur, quoties in hoc virtutum prudentiæq; speculum intueatur, quod DEVS, cum incredibili mortaliū bono, huic orbi temporiq; obiecerit. Iam nobiles scriptores Laurentius Surius in Germania; iam Ioannes Molanus in Belgica; & è Gallis Genebrardus, & inter Anglos Sanderus, mirum est quàm honorificè de IGNATIO scribant! Certè beatissimum alij virum; & ducem ad Lutheri aciē profligandam creatum; alij hominem diuinum appellant; & denique eum, qui consilij sui aucto-

au
ha
It
m
M
na
pa
A
G
L
de
&
gu
T
ex
ill
h
co
m
g
q
le
a
n

auctorem impulsoremq; Deum habuerit. Nec tacuit eundem Italia: quippe, quem laudatissimis Thomæ Bozj, Pauli Morgi, Mambrini Rosæ testimoniis ornauit. De quo eodem, quid Hispania sentiret, Consalus Iglefus, Alphonsus Villega, Stephanus Garibaus, historici aperuere. Lusitania denique laudatorem dedit Iacobum Pacuam: quem & Tridentino concilio Theologum miserat. Nam hic I G N A T I V M variè, nunc sanctitatis exemplum vocat, nunc virum illustrem, admirabilem, orbique huic nostro singulari beneficio concessum, exclamat. Sed nimirum longiorem à me Catalogum hic nemo, opinor, exiget, qui meminerit non librum me, sed compendium promississe.

283 Hanc publicam eius famam non mediocriter auxerunt hæretici,

tici, aut si quis alios in virtutem
 furor armauit. Qui, quod IGNA-
 TIVM soli omnium pessimè ode-
 runt; nihil aliud proficiunt, quã
 vt MAGNUM VIRVM, & eorum
 dissimillimum fuisse cogitemus:
 Nocere grauissimè poterant, si
 laudassent. Nunc argumentum
 boni est, MALIS DISPLI-
 CUISSE.

* * *

*Collegii Societ. Jesv Paderb.
 1623.*

Cum facultate Maiorum.

INDEX

VITÆ.

I GNATIUS patria	1
Natalis	2
Genus	3
Indoles	4
Educatio	5
Exercitatio	6
Militia	7
Constantia	8
Strages	9
Aegritudo	10
IGNATIUS à S. Petro inuisitur	11
Sanatur	12
Rursus decumbit	13
Mutatur	14
Secum ipse dimicat	15
Christo se emancipat	16
Castitatis donum impetrat	17
	Dee

I N D E X.

<i>De genere Vita deliberat</i>	18
<i>E patria discedit</i>	19
<i>Famulos dimittit</i>	20
<i>Quotidie se cedit</i>	21
<i>Castitatem vouet</i>	22
<i>Ad paupertatem se pręparat</i>	23
<i>De omni vita confitetur</i>	24
<i>Dedicat sua arma</i>	25
<i>Donat vestes mendico</i>	26
<i>Peruigilat in templo</i>	27
<i>Manresam proficiscitur</i>	28
<i>De vestibus donatis interroga-</i> <i>tur</i>	29
<i>Aegrę fatetur</i>	30
<i>In Xenodochio degit.</i>	31
<i>Rigidę viuit</i>	32
<i>Ornatum corporis odit</i>	33
<i>Ter quotidie ipse se cedit</i>	34
<i>Parcissimę edit</i>	35
<i>Scrupulis mirę cruciatur</i>	36
<i>Ab omni se cibo abstinet</i>	37
	Libe.

I N D E X.

18	Liberatur scrupulis	38
19	Solatijs diuinis abundat	39
20	Cœlestium rerum scientiam ac-	
21	quirit	40
22	Libellum Exercitiorum scribit	41
23	Aegrotat	42
24	Subleuatur omnium obsequijs	43
25	Eius memoria in pila lapidea	44
26	Relabitur in morbum	45
27	Barcinonem proficiscitur	46
28	Luce circumfunditur	47
28	Ab Isabella inuitatur	48
29	Naufragium inscius euadit	49
30	Difficultatibus itineris premitur	
31	50	
32	Romam venit	51
33	Pecuniam reijcit,	52
34	Christum videt.	53
35	Venetias peruenit	54
36	In publico pernoctat	55
37	Noctu à senatore queritur	56

P Navi-

I N D E X.

<i>Nauigium impetrat</i>	57
<i>Obiurgat licentiam vectorum</i>	58
<i>Christum sepe videt</i>	59
<i>Hierosolymam ingreditur</i>	60
<i>Cupit Hierosolymis manere</i>	61
<i>Prohibetur</i>	62
<i>Redit solus in montem Oliueti</i>	63
<i>Obiurgatur</i>	64
<i>A Christo confirmatur</i>	65
<i>Reuehitur in Cyprum</i>	66
<i>A nauarcho illuditur</i>	67
<i>Diuinitus vindicatur</i>	68
<i>Tempestatem euadit</i>	69
<i>Ferrariam venit</i>	70
<i>Ab Hispanis comprehenditur</i>	71
<i>A Gallis benignè habetur</i>	72
<i>Incipit studere litteris</i>	73
<i>Redit ad pristinū vitæ rigore</i>	74
<i>Ab adolescētib. malè pulsatur</i>	75
<i>Creditur mortuum excitasse</i>	76
<i>Compluti studet</i>	77
	<i>Benè</i>

Be
 Vo
 Co
 In
 Co
 Di
 Sa
 De
 De
 Co
 Pa
 Co
 M
 V
 S

 I
 A
 N
 D
 A

I N D E X.

57	Benè de aliis meretur	78
58	Vocatur in questionem	79
59	Coniicitur in carcerem	80
60	Innocens renunciatur	81
61	Contemnitur	82
62	Diuinitus vindicatur	83
63	Salmanticam venit	84
64	Denuo capitur.	85
65	Denuo absoluitur	86
66	Cogitat Parisios	87
67	Parisiis studet	88
68	Creatur Magister	89
69	Mouet alios exemplo	90
70	Vocatur in inuidiam	91
71	Supplicio scholastico destinatur	
72	92	
73	Innocens ostenditur	93
74	A Goueano amatur	94
75	Nouis calumniis petitur	95
76	Defenditur	96
77	Adsciscit socios	97

I N D E X.

Vouet cum socijs paupertatem	89
Redit in patriam	99
Concionatur	100
Longissimè auditur	101
Miracula patrat	102
Calumnijs petitur	103
Venetijs cum socijs agit	104
Socios Romam mittit	105
Vicentia degit	106
Ad primum Sacrum sese apparat	107
Deum patrē & Christū videt	108
Mirè erga nomen IESV afficitur	109
Nouis odijs iactatur	110
Societatis Leges examinatur	111
Laudantur	112
Confirmantur	113
IGNATIVS Generalis creatur	114
Recusat	115
Denuo eligitur	116

A Con.

I N D E X.

89	A Confessario adigitur	117
99	Vouet sollemniter cum Sociis	118
100	Docet Catechismum	119
101	Mouet populum	120
102	Constituit prouincias	121
103	Diu præest Societati	122
104	Et maximè domui Romanæ	123
105	Curat bonas leges ferri	124
106	Varia Collegia condit	125
107	pro Catechumenis & resipiscen-	
	tibus	126
108	Pro pupullis	127
tur	Pro Virginibus	128
	Assiduè occupatur.	129
110	Rogat corpore solui	130
111	Auditur	131
112	Extremè agrotat	132
113	Ad Pontificem mittit	133
114	Medicis errantib. obtèperat	134
115	Moritur	135
116	Quo in statu Societate reliquerit	
con.	136	P 3 Sepe.

I N D E X.

Sepelitur	137
Eius sepulchri inscriptio	138
Eius veneratio	139
Statura & forma	140

I N D E X

V I R T V T V M.

IGNATII demissio	141
De submissione praeceptum	142
Submissionis studium	143
Apud Iac. Eguiã existimatio	144
IGNATIVS ab inani gloria liber	145
Ab adolescēte sustinet doceri	146
Cur Societatem I E S V inscribi voluerit	147
Eius contemptus rerum caduca- rum	148
Animi tranquillitas	149
Nulla re perturbata	150
In	

I N D E X.

37	In Deum amor	151
38	IGNATII symbolum	152
39	Desiderium Dei videndi	153
40	Eius de infernis pœnis iudicium	154
	In homines amor	155
	Vt alium corrigit, in aquam sese gelidam immergit	156
41	Triduum impotus & incenatus	
42	currit	157
43	Multiplex eius erga ingratum	
44	charitas	158
ber	Pro Socii salute triduum ieiunas	159
46	Pro alio corrigendo preces	160
ibi	Consilium de Socio erigendo	161
47	Rodericum ager inuisit	162
ca-	Eius alacritas in agro fouendo	163
48	Comitas in Socios	164
49	Seueritas in eosdem	165
150	Prudentia & fortitudo	166
In	P. 4.	Humana

I N D E X.

<i>Humanitas aduersus omnes</i>	167
<i>Constantia in captis</i>	168
<i>Fiducia erga Deum</i>	169
<i>In loquendo cautela</i>	170
<i>Precandi studium</i>	171
<i>Donum lacrimarum</i>	172
<i>Animi collectio</i>	173
<i>Preparatio ad preces</i>	174
<i>Multas res caelestes spectat: vt</i>	175
<i>S. Petrum, &</i>	
<i>B. Virginem</i>	
<i>SS. Triadem</i>	176
<i>De qua & librum conscribit</i>	177
<i>Christum in S. hostia, &c.</i>	178
<i>Alia arcana</i>	179
<i>Ectasin patitur octiduum</i>	180
<i>Deum Patrem & Christū</i>	181
<i>Animā Hozij in calū euehi</i>	182
<i>Animam Codurii</i>	183
<i>Apparet Colonia adhuc uiuus</i>	184
<i>& Ioanni Pasquali iā functus</i>	
185	Quan-

INDEX.

67	Quanti fecerit hac ostenta	186
68	Visus est radiare adhuc viuis	
69	apud Isabellam	187
70	& Ioannem Pasqualem	188
71	& Philippum Nereum	189
72	& Alexandrum Petroniū	190
73	Ab humo attollitur diuinitus	
74	191	
75	Vaticinatur : Ioanni Pasquali	
	192	
	{ Petro Quadrato	193
76	{ Simoni Roderico	194
77	{ Socio	195
78	{ de Stephano Barcello	196
79	{ de Francisco Borgia	197
180	{ & de Michaele Arrouira	198
181	{ de Agna Pasquali	199
182	{ de Collegio Patauino	200
183	{ de PP. Laine, & Natali	201
84	{ de Collegio Germanico	202
tus	{ de Collegio Romano	203

I N D E X

MIRACVLORVM.

Ab demonibus pro hoste habetur

204. 208

Ab iisdem pœnè strangulatur 205

Homines obsessos liberat multos;

vt Romæ Matthæum ; alibi

alios 206

Romæ mulierem 211

In Balearica fœminam 212

Mutina quatuor sorores 214

Vexatione demonum liberat

Collegium Lauretanum 207

Senensem virginem 209

Anconitanū Ludimagistrū 210

Vnam puellam 213

Iudæum verbulo mitigat 215

Ioannem Paullum scrupulis li-

berat 216

Adolescentis iam metum , iam

per-

I N D E X.

	<i>pertinaciam, iam inconstan-</i>	
	<i>tiam corrigit</i>	217.218.219
	<i>Bononia apud Margaritam Li-</i>	
	<i>liam comparat</i>	220
	<i>Strumam puellæ curat</i>	221
	<i>Ad eius tumulum celestis Musi-</i>	
	<i>cabiduo auditur</i>	222
	<i>Drusillam Tursellinam liberat à</i>	
	<i>febri</i>	223
	<i>Olympiam Norinam ab ophthal-</i>	
	<i>mia & febri</i>	224
	<i>Hieronymū Gabrielū à febri</i>	225
	<i>Ioannam Vrsinam à tussi</i>	226
	<i>Annam Ruggieram ab aurium</i>	
	<i>tinnitu</i>	227
	<i>Michaelem Vasques, à calculo</i>	
		228
	<i>Matronā Romanā à cancro</i>	229
	<i>Orintiam Casaliam</i>	230
	<i>Puerum Lauretanum</i>	231
	<i>& alios</i>	232.233.234
		Hora

INDEX.

Horatiū Leopardū à dysuria	235
Lucãdiã à graui aegritudine	236
&	237
Isabellam animam agentem	238
Ioannam Arragonam à dolore mamilla	239
Francisc. Blasium à pestilente fe- bri	240
Patientiam & Vegam à pleuri- tide	241. & 245
Puerum incidendum	242
Natalem Masuccum à tempesta- te	243
Cosmum Ferrerum à dysenteria	244
Franciscã Bernuã à multis	246
&	247
Ioannem Gãgoram à morbo	248
Mariã Aualam, ab ærumnis	249
Ruffinum Lanzarottum à feбри pestilenti	250
	Lobe-

I N D E X.

5	Lopesium Castrium à desperato morbo	251
6	Franciscum Ortiz à dolore genuum	252
8	A pestilētia multos	253. 254. 245
9	Michaelem Garses à vehementi catarrho	256
10	Franciscam Vignolam à doloribus tibiae	257
15	Iosepham Borgiam à genuum dolore	258
12	Iosepham Castellam à comitali morbo	259
13	Ab augina puellā septennem	260
14	Et Hieronymam Piam	265
16	Ioannam Claram à cecitate	261
18	Suredam in partu	262
19	& alias duas	263
ri	& Hieronymā Rebezam	264
50	& Lucandiam	238
e-	& aliam Eberspergæ	267
	& aliam	

I N D E X.


& aliam apud Ungaros	270
Ioannem Pium à tertiana	266
Bartholomæum Constantem ab ophthalmia & aliis morbis	267
Coloniam Vicham, ab oculo laborantem	268
Bartholomæum Lupum & alios è naufragio	271.272.273
Indam foeminam ab impuris facibus	274
Alia IGNATII miracula	275
Auctoritas eius apud domesticos	276
Apud summos Pontifices	277
Apud Reges	278
Apud Cardinales	279
Apud principes	280.281
Apud alios	282
Apud Hæreticos	283


Ad maiorem DEI Deiparæque
Virginis gloriam.


Liber Collegij Societatis Jesu Paderb^æ
A^o 1623.


70
66
6-
67
0-
68
è
73
a-
74
75
cos
77
78
79
81
82
83
e
b^a


[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]



















Th
2539